

Stadtarchiv
Nordhausen

Π A 108α

Richard Rehwitz,

Urkunden

des

Servitenklosters Himmelgarten

bei

Nordhausen.

Erster Teil:

Urkunden bis zur Mitte des 14. Jahrhunderts.

(1881)

Vorbemerkung.

Beschäftigt mit der Ausarbeitung eines Catalogs der St. Blasii-Bibliothek in Nordhausen gewann ich Interesse an der Geschichte des Klosters, dem diese Bibliothek entstammt, nämlich des Serviten-Klosters Himmelgarten, dicht bei Nordhausen. Ein unvorhergesehener Zufall zwang mich, die Arbeit am Catalog zu unterbrechen*), und so erscheint hier an Stelle desselben urkundliches Material für eine Geschichte des Klosters, entnommen den Archiven zu Nordhausen (N. A.) und Stolberg (St. A.), und zwar zunächst bis zur Beendigung des Streites zwischen dem Kloster und der Stadt Nordhausen in der Mitte des 14. Jahrhunderts. Die Fortsetzung soll, wenn sonst nichts dazwischen kommt, übers Jahr an derselben Stelle erscheinen. Der Fachmann wird an diesem ersten Teil die Arbeit des Anfängers nicht verkennen: Ich glaubte, indem ich E. G. Förstemanns Vorgänge folgte, der in seinen „*kleinen Schriften*“ zwei Himmelgartener Urkunden abgedruckt hat, das Rechte zu thun und bemühte mich, die Orthographie der Originale genau wieder zu geben, bis mich Herr Archivrat Beyer in Stolberg außer auf anderes leider zu spät auch darauf aufmerksam machte, daß ich nur die Eigennamen und nach einem Punkt hätte groß schreiben sollen. Trotz bemeldeten Mangels, hoffe ich, wird manchem dieser Urkundenstrauß willkommen sein für das Studium der Localgeschichte, welches sich, soweit es Himmelgarten betrifft, bisher mit Leuckfelds „*Kurzen Nachricht || Von den ehemaligen Serviten-Kloster || Himmelgarten*“ (Halberstadt und Leipzig, Verlegt's Joh. Michael Teubner, 1723) begnügen mußte.

Man wird sich vielleicht darüber wundern, daß ich erst das urkundliche Material und dann die Geschichte des Klosters bringe und nicht umgekehrt verfare. Nicht ohne Grund thue ich das. Während des Stoffsaammelns ist es mir fast zur Gewißheit geworden, daß noch hie und da sich etwas finden lassen wird, was für die Geschichte des Klosters nicht unbedeutend ist. Vorzüglich über die Vorgänge bei der Auflösung des Klosters ist noch vieles im Dunkel. Um die Geschichte des Klosters möglichst vollständig zu geben, verschiebe ich das Niederschreiben derselben noch auf kurze Zeit.

*) Ich denke im Laufe dieses Jahres die unterbrochene Arbeit vollenden zu können.

VI

Zu besonderem Danke bin ich dem Königl. Archivrat a. D. Herrn Beyer in Stolberg für die Revision der Druckbogen und Herrn Volksschullehrer Meyer hier für den Ortschaften-Nachweis in den Anmerkungen verpflichtet.

Noch bemerke ich, daß alle Urkunden (mit Ausnahme derjenigen, bei welchen es besonders hervorgehoben ist) Original-Urkunden auf Pergament sind; die Siegel hängen an ausgeschnittenen Pergamentstreifen. Das Fehlen der Siegel ist nur da angezeigt, wo Spuren ihres früheren Vorhandenseins sich fanden. Einige Documente, die nach Leuckfeld und Struve vorgelegen haben, sind nicht mehr vorhanden.

Erläuterung: Gehogene Klammern () bedeuten Ergänzungen, durch eckige [] wird Falsches ausgeschieden; parab. = parabolisch.

I.

Elger¹⁾, Propst des Stiffts S. Crucis in Nordhausen, schenkt dem Serviten-Kloster de Paradiso die verlassene Capelle in Rossungen²⁾ zur Errichtung eines neuen Klosters und separiert dieselbe von der Mutterkirche in Bielen. 1295, 4. Juni. St. A.

In nomine domini Amen. Elgerus, dei gratia prepositus Northusen. ecclesie, Religiosis et uenerabilibus in Christo viris priori ac fratribus ordinis seruorum S. Marie de paradiso salutem in perpetuum. Cum et plantari religio et plantata debeat confoueri cultusque diuini nominis semper habere debeat incrementum ad religionis auumentum, bene facimus, dum Christi sueque genitrici(s) seruatoribus, qui uoluntatem et seculare desiderium abnegantes ad ordinis austeritatem et sancte Religionis habitum confugerunt, ad instituendum approbati ordinis conuentus nouos loca concedimus siue damus, in quibus ab eisdem a mundanorum strepitu segregatis iugiter in sanctitate domino seruiatur, spem et fiduciam habentes, ut quod nostra possibilitas non optinet apud deum, mediante ipsorum suffragio consequamur. Itaque cum propter raritatem claustrorum ac domorum, quas in huius prouincie partibus optinetis, ordo uester apud homines huius terre quasi noua plantatio habeatur, nos ob spem retributionis eterne, huiusmodi plantationem cupientes aliquid dilatarum, cum consensu capituli nostri uidelicet ecclesie S. crucis de Northusen supradicte cappellam desolatam et locum in Rossungen cum emunitate ibidem et suis iuribus et pertinentiis, illis dumtaxat exceptis, que Rector ecclesie parochialis de Byla³⁾ matricis ecclesie capelle memorate in agris seu aliis redditibus quibuscunque ratione capelle predicte habere ac actenus dinoscitur habuisse, que sibi suisque successoribus integra conseruamus, habita super hoc discreti viri Theodorici, nunc Rectoris ecclesie de Byla predicte, uoluntate nichilominus et consensu uobis liberaliter in perpetuam proprietatem conferimus et donamus ad faciendum ibidem uidelicet ordinis uestri fratribus oratorium et perpetuam mansionem. Volumus etiam, prout idem Theodoricus plebanus de Byla una cum capitulo nostro supradicto in hac parte nobis consentit, dum tamen super hoc et premissis uenerabilis patris ac domini nostri S. Magunt. sedis archiepiscopi dyocesani loci ad perpetuum robur et firmitatem a nobis impetretur auctoritas et consensus, idem locus in Rossungen cum fratribus ac ipsorum familia ibidem degentibus ab omni iure dicte matricis ecclesie de Byla seu plebani ipsius ecclesie, qui pro tempore fuerit, liber existat in perpetuum et exemptus; adicientes in donatione predicte, quod fratres in predicto loco Rossungen instituendi in preiudicium ecclesie nostre S. Crucis Northusen. predicte aut personarum ipsius ac eiusdem plebani de Byla, qui pro tempore fuerit, non presumant aliquid attemptare. Commendamus insuper uobis ac fratribus dicti loci et iniungimus, ut post obitum nostrum anniuersarius noster tanquam ipsius loci fundatoris et patroni

¹⁾ Sohn des Grafen Heinrich II. von Hohnstein. ²⁾ Lag da, wo später Himmelgarten erbaut wurde. ³⁾ Bielen bei Nordhausen.

apud uos singulis annis prout deuotius poterit peragatur. Testes huius rei sunt: honorabilis vir Johannes, abbas monasterii Iluelden., Bertoldus plebanus noue uille ante muros Northusen., Spectabiles viri Theodericus et Heinricus comites de Honstein¹⁾, Heino de Wilrode²⁾, Gottfridus de Asla³⁾, Alexander de Wernrode⁴⁾, Conradus de Kornre⁵⁾ et alii quam plures clerici et layci fidedigni. In huius rei testimonium et sufficiens argumentum presentem cartam sigillis nostro uidelicet Decani, Scolastici et Custodis ecclesie nostre predictae duximus roborandam. Datum pridie Nonas Junii anno domini Millesimo ducentesimo Nonogesimo Quinto.

4 Siegel, an roter und gelber Seidenschnur, rotes Wachs, klein, parab.

1. und 2. Siegel: abgebrockelt.

3. Siegel: darstellend einen Hirschkopf mit sechsackigem Geweih; zwischen den Stangen der Crucifixus. Um das Ganze die Umschrift: † SCOLASTICI. ECCLESIE. SCE. CRVC. N(ORT-HUS)EN. = (Sigillum) scolastici ecclesiae S. Crucis N(orthus)en.

4. Siegel: darstellend einen aufrecht stehenden Geistlichen, vor dem ein Knabe kniet mit einem Buche in den Händen. Umschrift: RICI CVSTODIS SCE CRVCIS NORT = (Sigillum) rici custodis S. Crucis Northusen.

III.

Stiftung des Servitenklosters Himmelgarten bei Nordhausen 1295, (4. Jun.)

24. Oct. N. A.

Frater Th. prior et Conuentus seruorum sancte Marie ordinis sancti Augustini de paradiso Recognoscimus tenore presentium publice protestantes, nos ab honorabili uiro domino nostro El(gero), preposito Northusen. ecclesie, suoque capitulo infra scripti tenoris priuilegium recepisse. In nomine domini amen. Elgerus, dei gra. prepositus Northusen. ecclesie, Religiosis et uenerabilibus in christo uiris priori ac fratribus ordinis seruorum sancte Marie de paradyso salutem in perpetuum. Cum et plantari religio et plantata debeat confoueri cultusque diuini nominis semper habere debeat incrementum ad Religionis auumentum, bene facimus, dum christi sueque genitrici(s) seruatoribus, qui uoluntatem et seculare desiderium abnegantes ad ordinis austeritatem et sancte Religionis habitum confugerunt, ad instituendum approbati ordinis conuentus nouos loca concedimus siue damus, in quibus ab eisdem a mundanorum strepitu segregatis iugiter in sanctitate domino seruiatur, spem et fiduciam habentes, ut quod nostra possibilitas non obtinet, apud deum mediante ipsorum suffragio consequamur. Itaque cum propter raritatem claustrorum ac domorum, quas in huius prouincie partibus optinetis, ordo uester apud homines huius terre quasi noua plantatio habeatur, nos ob spem retributionis eterne, huiusmodi plantationem cupientes aliquantulum dilatari, cum consensu capituli nostri uidelicet ecclesie sancte Crucis de Northn. supradicte capellam desolatam et locum in Rossungen cum emunitate ibidem et suis iuribus et pertinentiis, illis dumtaxat exceptis, que Rector Ecclesie parochialis de Byla matricis ecclesie capelle memorate in agris seu aliis Reditibus quibuscunque ratione capelle predictae habere ac actenus dinoscitur habuisse, que sibi suisque successoribus integra conseruamus, habita super hoc discreti uiri Theoderici, nunc Rectoris Ecclesie de Byla predictae, uoluntate nichilominus et consensu,

¹⁾ Die Brüder des Propstes Elger. ²⁾ Weirode im Kreise Worbis. ³⁾ Jetzt Ober- und Niederorschel im Kreise Worbis. ⁴⁾ Wernrode im Kreise Nordhausen. ⁵⁾ Körner bei Mühlhausen.

nobis liberaliter in perpetuam proprietatem conferimus et donamus ad faciendum ibidem videlicet ordinis vestri fratribus oratorium et perpetuam mansionem. Volumus etiam, prout idem Theodoricus plebanus de Byla una cum capitulo nostro supradicto nobis in hac parte consentit, dum tamen super hoc et premissis venerabilis patris ac domini nostri sancte Magunt. sedis archiepiscopi dyocesani loci ad perpetuum robur et firmitatem a nobis impetretur autoritas et consensus, idem locus in Rossungen cum fratribus ac ipsorum familia ibidem degentibus ab omni iure dicte matricis ecclesie de Byla seu plebani ipsius ecclesie, qui pro tempore fuerit, liber existat in perpetuum et exemptus; adiacentes in donatione predicta, quod fratres in predicto loco Rossungen instituendi in preiudicium ecclesie nostre sancte Crucis Northusen. predictae aut personarum ipsius ac eiusdem plebani de Byla, qui pro tempore fuerit, non presumant aliquid attemptare. Commendamus insuper nobis ac fratribus dicti loci et iniungimus, ut post obitum nostrum anniuersarius noster tamquam ipsius loci fundatoris et patroni apud uos singulis annis prout deuotius poterit peragatur. Testes huius rei sunt honorabilis uir Johannes, abbas Monasterii Iluelden., Bertoldus plebanus Noue ville ante muros Northusen., Spectabiles viri Theodoricus et Henricus comites de Honstein, Heino de wilrode, Gotfridus de asla, alexander de wernrode, Cunradus de Kornre et alii quam plures clerici et layci fidedigni. In huius rei testimonium et sufficiens argumentum presentem cartam sigillis nostro videlicet Decani, Scolastici et custodis ecclesie nostre predictae duximus roborandam. Dat. pridie Nonas junii anno dni. M^o CC^o Nonag. quinto. Vt autem hec, que in predicto priuilegio continentur, a nobis et fratribus nobis succedentibus inuiolabiliter obseruentur, hoc presens scriptum conseribi fecimus et sigillis nostris videlicet prioris et conuentus predictorum firmiter roborari. Datum VIII. Kaln. Nouembris anno dni. M^o CC^o Nonag. Ouinto¹⁾.

Zwei Siegel, gelbes Wachs, parab., klein, an Schnuren von roter und gelber Seide.

1. Siegel: darstellend einen Geistlichen; vor ihm kniet ein Knabe mit einem Heiligenschein um das Haupt; zwischen seinen Händen windet sich ein Spruchband durch, auf dem nicht mehr erkennbare Buchstaben stehen. Um das Ganze die Umschrift: S PORIS ORDIS S'VOR. SCE MARIE DE PADISO = Sigillum prioris ordinis servorum S. Mariae de Paradiso.

2. Siegel: darstellend Adam und Eva im Paradiese, wie sie nach Äpfeln an dem Baum der Erkenntnis langen; darüber Maria mit dem Jesuskind. Um das Ganze die Umschrift: S COVENT FRM SERVOR SCE M D PARADISO = Sigillum conventus fratrum servorum S. Mariae de Paradiso.

III.

Bertha von Trebra tritt die Hälfte ihres Hofes in Bielen an das Kloster

Himmelgarten ab. 1295, 4. Nbr. N. A.

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris seu auditoris pateat manifeste, quod ego Berchta de Trebere²⁾ dicta, sano inducta spiritu, felici prouiso comercio cupiens terrena pro celestibus commutare, accedente consensu et bona voluntate heredum meorum, henningi videlicet filii mei nec non Gerdrudis et Berchte, filiarum mearum, dimidiam partem curie in Byla, in qua adhuc manent Gertrudis et Iliana, sorores mee, que iure hereditario me contingebat, dedi et resignaui fratribus servorum S. Marie ordinis S. Augustini in paradiso

¹⁾ Schon abgedruckt in E. G. Förstemanns „Kleinen Schriften“ p. 166.

²⁾ Trebra unweit Nordhausen.

et
 omni iure, quo ad me pertinebat, libere, nomine testamenti pro nostrorum salute ac remedio peccaminum ad usus suos ob reuerenciam dei in laudem virginis Marie matris misericordie perpetuo conuertendam, petens cum qua possum humilitate, ut mea licet modica respectue donacio a predictis petatur fratribus, ne aliqua ignorantia interueniente scu negligentia sororum mearum predictarum aut nostrorum in periculum aliquo qualiter transeat animarum. Preterea, ne cuiquam super huiusmodi donacionem aliquis dubietatis emergat scrupulus, presentem cedulam sigillo honorabilis viri domini h. dicti de Vranken(usen)¹⁾, scholastici ecclesie S. crucis North., redi fideliter communitam. Et ego h. predictus rogatus sigillum meum duxi presentibus apponendum. Datum anno domini M^o. CC^o. LXXX^o. V^o. Testibus infra scriptis in domo iam supra dicte femine presentibus domino h. Scholastico prenominato, domino h. plebano de Mackenrode²⁾, B. sacertote prouisore infirmorum extra muros Northn., her. ciui North. dicto de Windehusen³⁾ et aliis quam pluribus fide dignis. Actum die S. Valentini Martir.

Siegel: Weißes Wachs, sonst wie 3. Siegel der Urkunde No. 1., teilweise verlegt. Umschrift: SCOLASTICI EC...SIE. SCE. CRVC. NORTHV.....

IV.

Otto und Hartmann von Lobedaburg⁴⁾, die Aelteren und die Jüngerer, genannt von Bergow⁵⁾, schenken dem Kloster Himmelgarten das Patronatsrecht der Kirche zu Ossmannstedt und verkaufen demselben 4 Hufen Landes für 20 Mark Freiburger Silbers. 1297, 26. Juli.

(Entnommen aus der Transsumtionsurkunde d. d. Nordhausen 1419, 16. Septbr., ausgestellt von dem öffentlichen Notar Hermann Liebenrad daselbst. St. A.)

In nomine domini amen. Quoniam secundum apostolum qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat de benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam, hinc est quod nos Otto et Hartmannus de Lo(be)deborg, dicti de Bergow Seniores, et nos Hartmannus et Otto, fratres de Lo(be)deborg dicti de Bergow Iuniores, Recognoscimus presentium tenore publice profitentes, quod ex diuina inspiratione cupientes animabus nostris salubriter prouidere et Christum lucrifacere, omnium nostrorum bona voluntate accedente pariter et consensu, nec non Ottonis fratris nostri absentis consensu similiter accedendo ac aliorum, quorum interest vel interesse posset, maturissimo fidelium nostrorum habito consilio Ius patronatus Ecclesie in Asmestete⁶⁾ cum omni emunitate, iuribus ac aliis pertinentiis, villis et [in] Campis dedimus Ordini fratrum seruorum S. Marie ordinis S. Augustini, specialiter domui et fratribus in Russungen eiusdem ordinis intra limites Comitatus nobilium virorum consangwineorum (sic) nostrorum, Th. et H. Comitum de Honsteyn, pure et simpliciter propter deum ipsam Ecclesiam eo iure, quo ad nos et parentes nostros ex antiquis temporibus pertinebat uel successores nostros pertinere posset, ad laudem dei ac sue Genitricis Marie virginis absque omni impetitione nostra et predictorum, libertatis titulo perpetuis temporibus possidendam.

¹⁾ Frankenhäuser am Riffhäuser.

²⁾ Mackenrode unweit Nordhausen.

³⁾ Wendehäuser unweit Nordhausen.

⁴⁾ Lobeborg hat die Urkunde, verschrieben für Lobedeborg, (cfr. Bemerkung) Trümmer der Lobedaburg sind noch heute zu sehen auf einem Berge dicht bei Lobeda unweit Jena.

⁵⁾ Auch Bergowe oder Bergowe (cfr. Bemerkung), jetzt Burgau bei Lobeda.

⁶⁾ Ossmannstedt bei Weimar.

Preterea cum ex merito religionis predictos fratres pio fauore et gratia prosequamur, precibus eorum fauorabiliter annuentes, Quatuor mansorum proprietatem in eadem villa sitorum eisdem fratribus vendidimus pro XX. marcis Vribergen. argenti cum omni Iure et libertate ac dominio sicut (sic) nos possedimus, perpetuo possidendas. Eorum inquam mansorum, quos ex omnibus bonis nostris Asmestete sitis eligendos duxerint, uel qui primo ex morte hominum nostrorum soluti fuerint aut alio quocunque casu dicti fratres comparare poterint, libertatem et proprietatem resi[n]gnamus et ipsis fratribus literas conferimus per presentes, renuntiantes omni exceptione Iuris et facti, que nobis et nostris heredibus, si quos habuerimus, ex donatione huiusmodi et venditione competere posset aliquid in futurum. In cuius donationis et venditionis certitudinem et liberam iunctis manibus resi[n]gnationem hanc literam dedimus sigillis nostris fideliter communitam. Huius rei et facti testes sunt: Th. de Robuz et dominus Holde milites; Bertramus Sacerdos, noster Capellanus; Jo(hannes), Sacerdos de Rospinberc¹⁾; dominus H., vicarius in Globe²⁾; H., plebanus in Bresniz³⁾; bur. Pustur, C. Boler, C. de Wirzburg et alii quam plures clerici et laici fide digni. Datum Anno Incarnationis domini M^o CC^o. LXXX^o. VII^o. In crastino beati Jacobi apostoli.

Diesen Urkunden hingen drei Siegel an, wie die Einleitung zu der Transsumtionsurkunde ergibt: literam.... Tribus sigillis in pergamento sigillatam, et in singulis sigillis sculptus erat effigies vnus piscis volantis, et ut prima facie apparebat, In primi sigillum Hartmanni Senioris de Lobedeborg, In Secundi sigillum Hartmanni de Bergow et In Tertii sigillum Ottonis de Bergow. Also drei Siegel mit einem fliegenden Fisch als Bild, und zwar das Siegel

1. Hartmann des Aelteren von Lobedaburg,
2. Hartmanns von Bergow,
3. Ottos von Bergow.

Bemerkung: Die Originale der Transsumtionsurkunde sind weder im Nordhäuser noch im Stolberger Archiv. Sie scheinen aber nach Gotth. Struve vorgelegen zu haben, der in seinem „Historischen und Politischen Archiv“ (Jena 1718 bei Christian Tröbert), 3. Teil 363–368 ohne Angabe der Quelle den Wortlaut folgendermaßen angibt:

1. Graf Otto und Hartmann zu Lobdeburg verkaufen dem Augustiner Kloster zu Russungen in der Grafschaft Hohnstein das Jus Patronatus zu Ossmannstedt.

In nomine Domini Amen. Quoniam secundum Apostolum, qui parce seminat, parce metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus metet et vitam eternam. Hinc est, quod Nos Otto et Hartmannus de Lobodeburg dicti de Bergowe Seniores, et Nos Hartmannus et Otto Fratres de Lobodeburg dicti de Bergowe Juniores, recognoscimus tenore praesentium publice profitentes, quod ex divina inspiratione cupientes animabus nostris salubriter providere, et solum Deum lucrifacere, omnium nostrorum bona voluntate accedente pariter et consensu, promittentes etiam et obligantes nos presentibus Ottonis fratris nostri Junioris, cum requisiti fuerimus et necesse fuerit, voluntatem et consensum similiter obtinere, ac aliorum omnium, quorum interest et interesse posset, maturo hominum et amicorum nostrorum consilio communicato, Jus Patronatus Ecclesiae Parochialis Beati Petri in Azmenstete, a bonis nostris feudalibus ibidem sitis diuisum, quod ad vos legitimo devolutionis jure nobis competente simul pacifice possedimus hactenus et tenuimus, cum omnibus communitatibus, iuribus et aliis quibuscunque pertinentiis, villis et in campis, dedimus et donamus, litteras per presentes Ordini Fratrum Servorum S. Marie Ordinis S. Augustini, specialiter autem Priori et Fratribus dicti eorum Domus in Orto Caeli, intra limites Comitatus nobilium Virorum Th. et H. Comitum de Honstein, consanguineorum nostrorum pure et simpliciter propter Deum, eandem Ecclesiam, siue jus predictum omni titulo, quo ad nos et parentes nostros pertinebat, vel successores nostros pertinere posset, ad laudem Dei et

¹⁾ Raftenberg bei Cölleda. ²⁾ Vielleicht Schlöben östl. von Lobeda; denn in einer andern Urkunde der Herren von Lobeda d. a. 1266 wird ein Geistlicher Henricus de Sloeben angeführt. Cfr. Struve, Historisches Archiv, 3. Teil, pag. 350. ³⁾ Zwischen Camburg und Raumburg.

suae genetricis Marie Virginis, absque omni impetitione nostra et predictorum, proprietatis ac libertatis titulo perpetuis temporibus possidendum. Renunciamus insuper omni actioni, petitioni et exceptioni juris et facti, quae nobis predictis ex hujusmodi speciali et liberali donatione ac collatione competere posset aliquo tempore in futurum. In cujus collationis et donationis certitudinem et liberam junctis manibus nostris resignationem, hanc literam dedimus desuper confectam, et sigillis nostris fideliter communitam. Hujus facti testes sunt Dominus Th. de Robuz ¹⁾, Dominus Haldus Milites, Dominus Bertramus Capellanus noster, Dominus Johannes Sacerdos de Raspinbere, Dominus Henricus Vicarius in Globen, Dominus Henr. Plebanus in Bresnitz, Burgoldus dictus Bustaer, Conradus Buler, Conradus de Wurzburg et alii quam plures Clerici et Laici fide satis digni. Actum et Datum sub anno nativitatis Domini MCCXCVII. In crastino Beati Jacobi Apostoli etc.

S. Ottonis Junioris de Lobdeburg.

S. Hartmanni Senioris de Lobdeburg.

S. Hartmanni de Beregow.

2. Graf Otto und Hartmann zu Lobdeburg verkaufen dem Augustiner Kloster zu Russungen in der Grafschaft Hohnstein 4 Morgen Landes.

Quoniam ut ait Apostolus, qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam aeternam. Norint ergo tam presens etas, quam successuri cui posteritas, quod Nos Otto de Lobdeburg vna cum filio nostro Hartmanno, nec non Hartmanno et Ottone, patris nostris, omnium accedente bona voluntate et consensu, ex diuina inspiratione cupientes terrena pro celestibus commutare, maturissimo fidelium nostro habito consilio, Ecclesiam in Asmanstete dedimus cum omnibus emunitatibus, juribus ac pertinentiis, villis et in campis, Fratribus vulgariter dictis Seruis Sancte Marie, ordinis S. Augustini, in loco qui adhuc veteri nomine Russungen adpellatur, intra limites Comitatus nobilium virorum consanguineorum nostrorum Th. et Henr. Comitum de Hohnstein, digne ac laudabiliter Deo et suae genetrici Marie deservientibus, ipsam cum omni jure praescripto, omni cessante penitus nostra et nostrorum impetitione, libertatis titulo, pro remedio et salute animarum nostrarum et progenitorum nostrorum, perpetuo possidendam. Preterea cum ex merito religionis et honestate praedictos fratres pio fauore et speciali gratia prosequamur, votis eorum et supplicationibus fauorabiliter annuentes, vendidimus ipsis quatuor mansorum proprietatem in eadem villa sitorum, cum omni jure et libertate, que primo ex morte hominum nostrorum ad Nos deuoluti fuerint, aut quos praescripti fratres, aut aliquis nomine eorum a nostris hominibus emptione seu legatione vel quocumque casu accidenti sibi potuerint comparare, quorum inquam mansorum proprietatem cum omni libertate literas confirmamus per presentes. Ut autem specialiter hujusmodi rei donatio, ac dictorum mansorum conditio, firmiter in suo robore permaneat, presentes literas desuper confectas dedimus sigillorum nostrorum munimine communitas. Hujus rei testes sunt Dominus Th. de Robuz miles, Dominus Haldus miles, Dominus Bertr. eorum Capellanus, Dominus Jo. de Raspinbere Capellanus eorum, Dom. H. Vicarius in Globen, Dom. H. Plebanus de Bresnitz, Burgoldus dictus Puster, C. dictus Buler, C. de Wurzburg et alii quam plures fide digni. Dat. anno incarnationis Domini MCCLXXXVII. In crastino Beati Jacobi Apostoli etc.

S. Ottonis Junioris de Lobdeburg.

S. Hartmanni Senioris de Lobdeburg.

S. Hartmanni de Beregow.

Zur Erklärung dieser Siegel, die zu Anfang des 2. Theiles des oben citierten Werkes abgebildet sind, fügt Strube im 3. Theil pag. 347 §. VII hinzu: „Das erste zeigt in einem liegenden Schild einen geflügelten Fisch, das Burgaische Wapen mit dem auf der Spitze gesetzten geschlossenen Helm, worauf ein geflügelter Fisch zu sehen mit der Beschrift: S. Ottonis Junioris de Lobdeburg.“ Anstatt des zweiten Siegels (Hartmanni Senioris de Lobdeburg) beschreibt er dann das Siegel eines Nachkommen des Hartmann, nämlich „Hansens von Burgau Insiegel, welches aus einem zum ahiesigen (Jeneser) Michaelis-Kloster gehörigen Brief am Mittwoch unser lieben Frauen-Tage 1434 datiret ist, in dessen Anfang er sich nennet Hans von Bergow, Herr zu Lobdeburg“. „Das dritte (Siegel) hält wieder einen geflügelten Fisch in sich mit der Aufschrift: F. Hartmanni de Bergowve. Wiewol in diesen dreien Insiegeln die Figur des Fisches ganz different ist. Worbey auch dieses zu merken, daß, weil die Herrschaft Burgow zu dem ahiesigen fürstlichen (Jeneser) Amte geschlagen worden, dieses auch nebst andern Wapen, solchen geflügelten Fisch mit angenommen“.

¹⁾ Die Transsumtionsurkunde wie die folgende Urkunde haben Roguz. Es ist offenbar Rabis östlich von Lobdeburg gemeint.

V.

Papst Bonifacius VIII. bestätigt die Schenkung des Patronatsrechtes der Kirche zu Ossmannstedt an das Kloster Himmelgarten von Seiten derer von Lobedaburg, genannt von Bergow. 15. Jan. 1298. St. A.

Bonifacius episcopus, seruus seruorum dei, Dilectis filiis Priori et fratribus Domus Seruorum S. Marie de Ortoceli ordinis S. Augustini Maguntin. dioc. Salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum est Nos facilem prebere consensum et uota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Petitio siquidem uestra nobis exhibita continebat, quod nobiles viri Otto Senior et Hartmannus de Lobedeburg necnon Hartmannus et Otto de Lobedeburg, dicti de Bergouwe, Magunt. dioc., tunc ueri Patroni ecclesie sancti Petri in Azemenstete predictae dioc., cupientes terrena in celestia et transitoria in eterna felici commertio commutare, ius patronatus, quod in eadem ecclesia obtinebant, uobis et Domui uestre concesserunt intuitu pietatis, prout in patentibus litteris inde confectis, dictorum Nobilium sigillis munitis plenius dicitur contineri. Nos igitur uestris supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eisdem nobilibus pie ac prouide actum est ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Laterani XVIII^o. Kal. Februar. Pontificatus nostri Anno Quarto.

VI.

Papst Bonifacius VIII. nimmt das Kloster Himmelgarten und dessen Güter in Schutz. 1298, 18. Jan. St. A.

Bonifacius episcopus, seruus seruorum dei, Dilectis filiis Priori et fratribus domus Seruorum sancte Marie de Orto celi ordinis sancti Augustini Maguntin. dioc. Salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas uestras et locum, in quo diuino estis obsequio mancipati cum omnibus bonis, que in presentiarum rationabiliter possidet(is) aut in futurum iustis modis prestante domino poterit(is) adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem Curtes cum pertinentiis suis, prata, pascua, Nemora, possessiones et alia bona uestra, sicut ea omnia iuste et pacifice possidetis, uobis et per uos Domui uestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis

dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum (Laterani) XV^o. Kal. Februar. Pontificatus nostri anno Quarto.

Eine kleine, runde Bleibulle, hängend an einer Schnur von roter und gelber Seide, zeigt auf der einen Seite zwei Köpfe mit der Ueberschrift: S. PA. S. PE., auf der andern Seite die Worte: BONIFATIVS PP.: VII.

VII.

Der Erzbischof Gerhard von Mainz bewilligt allen, die dem Kloster Himmelgarten Almosen geben oder sonst eine Zuwendung machen, einen Ablass von 40 Tagen.
129(.¹), 6. Aug. N. A.

Gerhardus dei gratia S. Magunt. sedis archiepiscopus, sacri (Imperii) per Germaniam archicancellarius, dilectis in Christo abbatibus, abbatissis, prioribus, prepositis, archidiaconis, plebanis, viceplebanis ceterisque monasteriorum, ecclesiarum et capellarum rectoribus per Mogunt. dyoc. constitutis salutem in domino.

Cum fratres de paradiso seruorum S. Marie Ordinis beati Augustini in hospitalitate karitatis, studiis ac pietatis operibus se cunctis liberales exhibeant ac populo christiano ostendant viam veritatis et quomodo in Ecclesia dei oporteat conuersari opere et sermone nec ad huiusmodi exercitia ipsis, qui de laboribus manuum suarum viuentes domino famulantur, proprie suppetant facultates, vniuersitatem vestram rogamus, monemus quantum possumus in domino, et hortamur, quatenus prefatos fratres, cum ad vos venerint pro elemosinis Christi fidelium petendis, ipsos gratiose velitis recipere, benigne pertractare et in cunctis, in quibus vestram promotionem, consilium et auxilium requisierint, ob nostram curetis specialiter reuerentiam promouere, deum in personis ipsorum et gloriosam virginem, matrem eius, cum deuotione debita honorantes. Nos etenim ex deuotione, quam ad dictorum fratrum ordinem gerimus, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ipsis suas fuerint elemosinas elargiti et qui in testamentis aliquid ipsis assignauerint, de omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius necnon beati Martini meritis et auctoritate confisi, Quadraginta dies de iniuncta ipsis penitentia misericorditer relaxamus. Ceterum omnes indulgentias a venerabilibus patribus, Archiepiscopis et Episcopis ipsis indultas tenore presentium ratas gerimus atque grat(as). In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi fecimus sigilli nostri munim(ine) (rob)oratas. Datum Friczlaria VIII^o. Idus Augusti Anno domini M^o. CC^o. Nonog(esimo).

Ein Siegel, weißes Wachs, groß, parab., leider verlegt, darstellend einen thronenden Erzbischof, der die Rechte zum Segen erhoben hat und in der Linken den Hirtenstab hält. Umschrift: S GERARDI DI GRA SCE MOGN SED AR GERMAN. ARCHICANCEL = Sigillum Gerhardi dei gratia S. Mogunt. sedis archiepiscopus (imperii per) Germaniam archicancellarius. Auf der Rückseite befindet sich an Stelle des Fingereindrucks das Secretsigel, darstellend ein Rad mit der Umschrift: SECRETV. G. ARCHIEPI MOGN.

¹) Das Document ist teilweise durch Feuchtigkeit verlegt und die Jahreszahl vernichtet.

VIII.

Erzbischof Burchard von Magdeburg und die Bischöfe Hermann von Halberstadt, Albert von Meissen, Bruno von Naumburg, Heinrich von Merseburg, Volrad von Brandenburg und Johann von Havelberg bewilligen allen, welche das Kloster Himmelgarten an bestimmten Festen besuchen, die Predigt hören, dem Kloster sonst eine Zuwendung machen oder sich in demselben begraben lassen, einen Ablass von 40 Tagen. 1298, 24. März. St. A. *)

Borchardus dei gratia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, Hermannus, Haluerstadensis, Albertus Misensis, Bruno Nuenburgensis, Henricus Merseburgensis, Vvradus Brandenburgensis, Johannes Havelbergensis eadem gratia ecclesiarum episcopi, vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Virgo uenustissima et omnium uirtutum floribus insignita uirgo, dei genitrix gloriosa, cuius pulcritudinem sol et luna mirantur, populis christianis florem preciosissimum, eternum dominum nostrum Iesum Christum ineffabili spiritus sancti cooperatione produxit. Ob cuius reuerentiam loca sancta eius uirginis uocabulo insignita sunt a Christi fidelibus merito ueneranda, ut eius precibus adiuti eterne retributionis premia consequi mereantur. Cupientes igitur ut nouella plantatio monasterii seruorum sancte Marie ordinis S. Augustini in loco, qui dicitur Rossungen, Magunt. diocesis, congruis honoribus frequentetur et a Christi fidelibus iugiter ueneretur, omnibus uere penitentibus, qui ad dictum monasterium causa deuotionis in omnibus festiuitatibus ipsius uirginis gloriose necnon beatorum apostolorum Petri et Pauli, Johannis, Andree et beatorum martirum Mauricii et sociorum eius necnon beati Nycholay et per octauas dictarum festiuitatum necnon in dedicatione ipsius ecclesie et predicationem uerbi dei audiendi, quocienscunque seminatur, ibidem accesserint, aut de bonis suis mobilibus et immobilibus aliquid in eiusdem monasterii subsidium in uita contulerint seu in ultima uoluntate perpetuis temporibus legauerint, aut sepulturam ibidem elegerint in futurum, quilibet nostrum quadraginta dies et karenam de iniunctis penitentiis, dummodo consensus diocesani ad id accesserit, misericorditer in domino relaxamus. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum Magdeburg. anno domini. Millesimo. ducentesimo. nonogesimo octauo. Nono Kal. Aprilis.

Sieben Siegel an Schnuren von roter und grüner Seide. Sämtliche Bischöfe sind sitzend dargestellt, die Rechte zum Segen erhoben, in der Linken den Bischofsstab. Zu bemerken ist dabei daß 6 Siegel parab., nur das Meißener rund und ziemlich groß ist. Die Umschriften lauten genau wie oben die Titel. Der Meißner hat noch ein Rückiegel mit dem Adler des Evang. Johannes; derselbe hat einen Schein um den Kopf, ein Spruchband in den Klauen; Umschrift: Beatus Johannes. Der Bischof von Merseburg führt den Stab in der Rechten, in der Linken die heilige Schrift; der Bischof von Brandenburg hat unter seinem Sitz ein unten beschädigtes, nicht mehr erkennbares Wappen.

*) Nach der Abschrift des Herrn Archivrat Beyer in Stolberg.

IX.

Sifrid, Bischof von Curia in Syrien, Weihbischof des Erzbischofs Gerhard von Mainz, bewilligt denen, die im Kloster Himmelgarten an bestimmten Tagen beten oder dem Kloster Zuwendungen machen, einen Ablass von 40 Tagen. 1300, 16. Aug. N. A.

Sifridus dei gratia Episcopus Curien., Reverendi patris domini: Gerhardi archiepiscopi Magunt. in spiritualibus vices gerens, vniuersis Christi fidelibus salutem in domino sempiternam. Splendor paterne glorie, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementissima ipsius maiestate sperantium tunc precipue benigno fauore prosequitur, cum deuota ipsorum humilitas Sanctorum precibus et meritis adiuuatur.

Omnibus igitur vere penitentibus et confessis, qui ad domum fratrum seruorum S. Marie ordinis S. Augustini in Orto Celi Magunt. diocesis in festis subscriptis videlicet Natiuitatis domini, Pasche, ascensionis et penthecostes, In quatuor festis beate Marie virginis et in diebus patronorum ecclesie dicte domus causa deuocionis accesserint et ibidem diuinum officium audierint et predictae domui et fratribus manus porrexerint adiutrices aut in extremis laborantes quicquam facultatum suarum ipsis fratribus legauerint bona fide, Nos de omnipotentis dei misericordia et beate Marie virginis, matris sue, nec non beatorum apostolorum petri et pauli meritis et auctoritate confisi, Quadraginta dies criminalium et Centum venialium de iniunctis eis penitentibus in domino relaxamus. Datum Geilenhusen anno domini. M^o. CCC^o. In crastino assumptionis beate Marie virginis.

Das Siegel ist abgeschnitten.

X.

Erzbischof Gerhard von Mainz incorporiert dem Kloster Himmelgarten die Einkünfte der Pfarrkirche St. Petri zu Ossmannstedt mit Vorbehalt des Unterhaltes eines vom Kloster zu präsentierenden Weltpriesters. 1303, 6. März. St. A.

Gerhardus dei gratia sancte Magunt. sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii Per Germaniam Archicancellarius, Dilectis in Christo priori et fratribus, seruis S. Marie ordinis S. Augustini Domus In Russungen, Magunt. Dyocesis salutem in domino sempiternam. Ne pro defectu temporalium a profectu spiritualium, cui die noctuque pro salute propria et multorum feliciter insudatis, recedere uel deficere vos contingat, Nos fructus Ecclesie parochialis St. Petri In Azmestete nostre Dyocesis, qui haberi poterunt ultra sacerdotem secularem presentandum per vos tamquam patronos loci archidiacono, auctoritate Ordinaria Damus et incorporamus vobis pro uestris necessitatibus subleuandis et sustentationibus procurandis De gratia speciali, reseruata sacerdoti, qui pro tempore fuerit, sustentatione congrua de fructibus et obuentionibus Ecclesie memorate. Preterea vt in vha Capellarum seu filiarum Ecclesie memorate ad diuini Numinis cultum perpetuo adaugendum domum habere possitis, vobis de consimili gratia indulgemus, Dantes has nostras litteras super eo. Datum apud Nuwenb(ur)g Anno domini M^o. CCC^o. Tertio. Pridie Nonas Marcii.

Daselbe Siegel wie in Urkunde No. VII., hängend an einer Schnur von roter und grüner Seide, teilweise verlegt, aber durch glücklichen Zufall gerade die Stellen intact, die am vorigen Siegel abgebrockelt waren, so daß die ganze Umschrift folgendermaßen lautet: S: GERARDI: DI: GRA: SCE: MOGN: SED: AR(CHIEP): SAC: IPII: P: GERMAN: ARCHICANCELL: Die Rückseite hat kein Secretiegel.

XI.

Urteil des Mainzer Generalrichters in Sachen des Klosters Himmelgarten und des Plebanus Bertram in Ossmannstedt gegen Heinrich, Schloßherrn von Ossmannstedt, und Magister Friedrich von Sulza wegen der Pfarrstelle in Ossmannstedt zu Gunsten des Klosters. 1806, 14. Novbr. St. A.

In nomine domini Amen. Iudices sancte Mogunt. sedis Vniuersis, ad quos presentes peruenerint, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Noueritis, quod cum in causa appellacionis, quam prior et fratres ordinis seruorum sancte Marie domus de Orto celi necnon Bertramus plebanus in Aczmanstete contra Henricum, dominum Castri in Aczmanstete, et Magistrum Fridericum, dictum de Sulez, Mogunt. dyoc., ad nostram audienciam se interposuisse proponebant, dictos Henricum et Fridericum Coram nobis traxissent in causam, libellum ipsis ediderunt tenoris et continencie infra scripte: Coram vobis dominis Iudicibus sancte Magunt. sedis proponit et dicit in iure Frater Cristanus dictus de Northusen, procurator Prioris et Conuentus Monasterii de Orto celi Ordinis fratrum seruorum Sancte Marie, necnon Bertrami, plebani in Aczmanstete, nomine procuratorio et pro ipsis contra Officialem prepositi S. Marie Erforden. et Henricum, dominum Castri in Aczmanstete, seu alterum eorundem, necnon Magistrum Fridericum, dictum de Sulze, et omnes, qui sua crediderint interesse, quod cum dictus Officialis ad denuntiationem Henrici predicti, quam karitatiua monicione minime precedebat, contra priorem et fratres et plebanum prefatos super vicio Symonie per eosdem in Aczmanstete commisso, ut dicebat ibidem inquirere niteretur, ex parte prioris, fratrum et plebani predictorum fuit excipiendo propositum, quod cum ad dictum locum aduocatos in dicto inquisitionis negotio adduci secure non possent et petitum alium locum eis tutum et securum assignari, ad quem adduci possent, quia tam arduum negocium hoc requirebat, quodque cum contra eos nulla sinistra laboraret infamia, nec Coram ipso de eis esset super huiusmodi vicio aliqua infamia conprobata nec clamosa insinuacio super hoc a fide dignis ad eum peruenisset, — idem Officialis contra ipsos ad denuntiationem dicti Henrici, quam nulla monicio precedebat, inquirere contra ipsos non poterat nec debebat. Et quia dictus Officialis exceptionibus huiusmodi non admissis cum denegacione loci tuti in ipso inquisitionis negotio inordinate procedens, licet ad eius officium hoc nullatenus pertineret, contra priorem, fratres et Bertramum plebanum predictos testes recepit et coram denunciatore predicto in publico examinavit eosdem forma examinandorum testium, ac procedendo super negotio inquisitionis, vt est dictum debita non seruata ab iudicando, postmodum eisdem, priori et fratribus per suam sententiam definitiuam iniquam, si sententia dici potest ius patronatus dicte Ecclesie in Aczmanstete, et amouendo dictum Bertramum plebanum ab eadem canonice institutum in eadem, et dictum Fridericum postmodum intrusit in eadem pro sue libito voluntatis, — iidem, prior, fratres et Bertramus plebanus prefati sencientes, ab eodem Officiali ex premissis indebite se gravari et gravatos esse, tam a

dictis gravaminibus quam a dicta iniqua sententia, tamquam ab iniqua ad Sedem Mogunt. legitime appellauerunt. Quare petit dictus procurator dicto procuratorio nomine, quatenus cognito de premissis pronuncietis, eos bene et legitime appellasse, et dictum Officialem perperam et inique processisse, processum ipsius et sententiam, si sententia dici potest, et quicum exinde secutum est, cassum et irritum nunciando. Petit etiam dictus procurator dicto procuratorio nomine, quod Magistro Friderico predicto post huiusmodi appellacionem ad dictam Ecclesiam in Aczmanstete intruso in locum plebani predicti super ipsa Ecclesia perpetuum silencium imponatis. Hec dicit et petit saluo iure ad(den)di, mu(tan)di, mi(nuen)di, cor(rigen)di et c(etera). Item petit expensas factas in lite et protestatur faciendas sibi esse saluas suo tempore declarandas; protestatur etiam dicto procuratorio nomine, quod non adstringit se ad probandum omnia et singula premissa, sed ad ea tantum, que sibi prosunt pro sua intentione fundanda. Huic libello respondebitur feria sexta proxima post Ascensionem domini. Et fuit petitus anno domini M^o. CCC^o. V^o. II. Nonas Maii. Expedito itaque dudum per nos appellacionis articulo ac statuto per nos ipsis partibus termino ad docendum de equitate seu iniquitate sententie Officialis prepositi suprascripti, quia Henricus de Aczmanstete et Magister Fridericus predicti causam pro derelicta tenentes nulla nobis acta vel instructiones exhibere curarunt, in assignato ipsis partibus termino supratacto, per que possemus de equitate dicte sentencie informari, nos eosdem Henricum et Fridericum iuxta retroacta coram nobis habita ad nostram presenciam fecimus euocari, vt feria sexta proxima ante festum beati Matthei in nostra presenciam comparerent, confirmationem vel infirmacionem pretacte sentencie audire. Visis itaque et perlectis diligenter dictorum fratrum instrumentis nobis exhibitis et cognitis cause meritis principalis dictaque feria sexta usque in feriam secundam post festum beati Martini proximam prorogata, prudendum communicato consilio ac penes nos deliberacione prehabita competenti, Quia Sentenciam dicti Officialis contra ipsos fratres et pro dictis Henrico et Friderico promulgatam iniquam inuenimus et iniustam, ipsam infirmendam duximus et presentibus infirmamus, prefatos Henricum et Fridericum in expensis legitimis condempnantes. Lata est hec sententia anno domini M^o. CCC^o. VI^o. XVIII. Kal. Decembr.

Siegel fehlt.

XII. ✓

Beilegung des Patronatsstreites über die Peterskirche in Ossmannstedt zwischen dem Kloster Himmelgarten und der Geislichkeit zu Ossmannstedt einerseits und dem Schloßherrn von Ossmannstedt andererseits zu Gunsten der erstgenannten Partei. 1307, 11. April. N. A¹). 14/5

In nomine domini Amen. Nos Henricus, dominus castri in Azmestete, dictus de Lebenstete²⁾, presentis temporis hominibus ac Futuri, tenore presentium literarum lucide cupimus fieri manifestum, quod totus rancoris stimulus, omnis materia litis, questionis ac discordie, que maligni spiritus ac quorundam peruersorum olim procurata consiliis inter nos, fratres nostros et amicos ex parte vna, necnon priorem et fratres, qui dicuntur serui

¹⁾ Der Streit über dies Patronat entbrennt noch einmal heftig in der 2. Hälfte des 14. Jahrh. nordöstlich von Weimar.

²⁾ Liebstedt,

S. Marie ordinis S. Augustini domus de Orto celi, ac ipsorum ordinem atque Bertramum, plebanum in Azmestete, ex parte altera super iure patronatus ac ipsa ecclesia parochiali S. petri in Azmestete et aliis eius iuribus ac pertinentiis uertebatur, presentibus infra scriptis testibus clericis et laicis taliter est sopita: Quod nos, Henricus predictus, sapientis viri henrici de deinstete¹⁾ militis, patruus nostri, ac discreti viri friderici, plebani in Crumsdorf²⁾, qui fideles huiusmodi compositionis et concordie mediatores extiterunt, necnon aliorum proborum virorum, qui tam ipsorum fratrum quam nostrum zelabantur (sic!) commodum et honorem, sano ducti consilio, omni actioni et impetitioni seu inpugnationi ac etiam iuri, si quod nobis et fratribus nostris aut heredibus in ipsa ecclesia Azmestete uel eius iure patronatus aliqua bonorum emptione, donatione seu cuiusuis alterius tituli, scripti uel instrumenti in nos translatione competere posset, bona uoluntate, pura conscientia, sine omni admixtione uoluntatis peruerse cessimus et renuntiauimus et presentibus cedimus ac renuntiamus simpliciter, liberaliter et integraliter, penitus absque dolo, admittentes, priorem ac fratres predicti ordinis et Bertramum seu quemcunque alium uel alios, quibus aliquid iuris ex parte ipsorum competebat ad omnem titulum iuris proprietatis, libertatis seu utilitatis, qui titulus ipsis fratribus ac B(ertramo) ex antiquis retroactis temporibus donatione, emptione, translatione seu quocunque alio modo uel colore in predicta parochia et iure patronatus eiusdem ac aliis iuribus, a quibuscunque fuerat acquisitus, ut absque omni nostro ac fratrum nostrorum et amicorum impedimento, molestia seu grauamine possideant, gaudeant et pacifice perfruantur. Addicimus preterea et fide manuali prestita promisimus et nos presentibus literis obligamus pro nobis, fratribus nostris et amicis firmiter, ea, que paulo supra tacta sunt, obseruare et prefatos fratres necnon B(ertramum) in iure suo possessione et libertate deinceps non impedire, immo ipsos fratres et eorum ordinem, quantum cum deo possumus, cum amicis nostris, quos ad hoc inducere ualemus, in signum satisfactionis pacis et concordie inter nos et ipsos ordinate, in omnem euentum honoris et utilitatis fideliter promouere. Renuntiamus insuper omni actioni et impetitioni iuris et facti, per quam nostra concordia inter nos et fratres predictos firmata per nos aut fratres nostros seu amicos uitiari uel infirmari posset aliquid in futurum. Ut igitur hec nostra cessio et renuntiatio necnon concordia inter nos et predictos ordinata inuolabilis maneat et inconuulsa, presens scriptum sigillis honorabilium uirorum Hermanni dicti Capuz³⁾, Canonici et officialis ecclesie S. Marie Erford.; Domini Th., prepositi sanctimonialium Cenobii in Cappelndorf⁴⁾; Henrici de deinstete militis, patruus nostri, cum appensione proprii sigilli petiuimus et obtinuimus firmiter communiri. Et nos Her. Th. prepositus, Henricus de deinstete, predicti, rogati presentibus sigilla nostra duximus apponenda. Testes autem huius ordinationis discreti uiri, fr. et Gunter, in Crumsdorf et in deinstete plebani, Henricus de deinstete miles, patruus noster, Henricus filius suus, Henricus nobilis de Ischerstete⁵⁾, Henricus de Ekestete⁶⁾, Th. Hedewigis dictus, manentes in azmestete, Jacobus dictus colre⁷⁾, Johannes fabri de deinstete, Timo de azmestete et alii quam plures clerici et laici fide digni. Datum Anno domini M^o. CCC^o. VII. tertio idus Aprilis⁸⁾.

Vier Siegel von braunem Wachs.

¹⁾ Dennstedt, östlich von Weimar. ²⁾ Groß- und Kleincrumsdorf a. Elm, nordöstlich von Weimar. ³⁾ Dieser eigentümliche Name kommt öfter in gleichzeitigen Urkunden hiesiger Gegend vor. ⁴⁾ Kapellendorf, südwestlich von Apolda. ⁵⁾ Zwischen Jena und Apolda. ⁶⁾ Eckstedt (?), nordwestlich von Tamburg. ⁷⁾ Name eines Rittergeschlechtes, an der Finne sesshaft. ⁸⁾ In derselben Angelegenheit stellt der Prior Th. des Klosters Himmelgarten am 11. April 1307 eine unbefiegelte und nicht ausgefertigte Urkunde aus. Dieselbe scheint also eine alte Abschrift oder ein Entwurf zu sein und wird, da sie nichts Neues beibringt, hier weggelassen.

1. Siegel: klein, parab., darstellend Mutter Marien mit dem Jesuskind, sitzend auf einem Stuhl, mit folgender Umschrift: S. OFFIC. PPTVRE EC(C)...(S)CE MARIE ERFORD = Sigillum officialis praepositurae ecclesiae S. Mariae Erfordensis.

2. Siegel: mittelgroß, parab., darstellend einen Heiligen, der auf der Schulter einen Stab mit übergehängtem Tuch trägt, mit folgender Umschrift: S. PPOITI DE CAPELLINDORF = Sigillum praepositi de Capellendorf.

3. Siegel: mittelgroß, dreieckig, schildförmig, darstellend einen krähenden Hahn, mit teilweise nicht mehr erkennbarer Umschrift: SIG HEINRICI DE DEINSTETE.

4. Siegel: mittelgroß, dreieckig, schildförmig, zur Hälfte abgebrochen, darstellend einen krähenden Hahn, mit fast ganz zerstörter Umschrift: S. H. DE LEBENSTETE RESIDENS IN AZMESSTETE.

XIII.

Der Grafen von Honstein Schenkung an das Kloster Himmelgarten. 1309, 26. Dec. N. A. 147

Nos H. et Th. fratres Necnon Th. et H. fratres dei gratia Comites de Honstein Omnibus presens scriptum visuris seu auditoris Salutem in eo, qui est omnium vera salus. Cum piis et religiosis locis ac deo dicatis personis aliquid fauoris aut gratie impendimus, et temporalia beneficia et eterna a largitore bonorum omnium nos consequi firmiter credimus et speramus, Hinc est quod nos Com. de honstein iam dicti, sanis ducti consiliis, vnanimi voluntate ac omnium nostrum consensu, laudabili vestigio beneficiorum bone recordationis, olim Th. et H. patrum nostrorum et in honstein Com., inherere volentes, omnem communitatem agrorum cultorum seu incultorum, circa ortum Celi, uel Russungen antiquo nomine dictum iacentem, seu ad ipsum locum quocumque modo pertinentem, que communitas ex eo, quod iam dudum ipse locus ortus Celi sive Russungen a suis inhabitatoribus, incolis vel possessoribus derelictus est, ad parentes nostros ante dictos de iure pertinuerit et nunc ad nostram dispensationem successionem hereditaria et legali iure plene pertinere ceperit, Discretis et Religiosis viris Prioribus et fratribus Seruorum Sancte Marie Ordinis Sancti Augustini, prenominati loci iam veris possessoribus, presentibus et futuris cum omni iure et libertate ac dominio, quo ad nos pertinebat, dedimus et donamus presentibus, eandem communitatem ad luminaria altarium et ad queque alia ad diuini numinis cultum pertinentia amplius adaugenda pacifice ac quiete perpetuis temporibus possidendam. Preterea, cum predicti fratres ob intuitum specialem spei ac profectus sub nostram protectionem in loco prenominato ad seruiendum deo et sue matri virgini se receperint, et nos eosdem, ut tenemur, speciali gratia et fauore prosequamur, omnes donationes, concessiones communitatis, proprietatis, iuris aut cuiusvis alterius vtilitatis aut gratie a quondam patribus nostris Th. et H. Com. in honstein predictis In Thutechenrode¹⁾ et in Orto Celi ipsis fratribus prouide factas nos similiter concedimus, damus, appropriamus, innouamus ac presentiarum litterarum patrocinio confirmamus, Nolentes litteris seu priuilegiis a patribus nostris sepe dictis desuper ipsis fratribus datis fideliter et confectis aliquo modo contraire, Renunciantes insuper omni actioni, exceptioni ac impetitioni iuris et facti, que nobis et heredibus nostris in predictis competere possent aliquo modo infuturum. Vt igitur pia facta patrum nostrorum et nostra in perpetuo

¹⁾ Wisse, zwischen Nordhausen und Müdigsdorf.

maneant robore ac firmitate, presentem cedulam sigillis nostris communitam dedimus in testimonium omnium premissorum. Datum et actum Sandershusen anno Incarnationis domini. M^o. CCC^o. Nono. Septimo Kals. Januarii¹⁾.

Zwei Siegel, gelbes Wachs, rund, mittelgroß, darstellend Schachfelder auf dreieckigem Schild.

1. Siegel: an allen drei Seiten umgeben von je einer Stange eines Hirschgeweihs mit drei Zacken. Umschrift: S. HENRICI. IVNIORIS COMITIS. DE HONSTEIN.

2. Siegel: Umschrift: S. THEODERICI. DEI. GRA. COMITIS. DE HONSTEYN.

XIV.

Beschränkung des Klosterbesitzes in der Stadt Nordhausen. 1312, 1. Mai. N. A.

Oblivioni locus subtrahitur et labili memorie vtili subuentione succurritur, quando res inter mortales acte litterarum testimonio conscribuntur.

Nos igitur frater Th. prior prouincialis fratrum seruorum S. Marie Ordinis S. Augustini per Thuringiam et prior domus In Orto celi totusque conuentus ibidem ad noticiam vniversorum presencium et futurorum insinuatione presentis littere duximus transmittendum, quod quia viri prudentes Consules et vniuersitas Ciuium North. gratuite promiserunt et perpetuo permittere promiserunt, quod duas areas, videlicet aream hospitalis cum area ad orientem eidem contermina, quas cum precio pro curia nostra, Hamyconi contermina, nobis persoluto emptionis titulo comparauimus, nobis et ordini nostro liberas et exemptas ab omni [h]onore et seruicio ciuitatis possidere et obtinere pacifice debeamus; Nos ipsis ciuibus pro huiusmodi beneficio grata vicissitudine respondere volentes, obligamus nos ad infra scripta perpetuo obseruanda: primo, omnem controversiam seu questionem, que nobis et ordini nostro contra dictos ciues hactenus competebat, integraliter remittimus ac eciam relaxamus nullo tempore repetendam. Item spacio duarum arearum predictarum debebimus contentari. Et si aliqua in ciuitate seu territorio North. donatione testamentaria seu quocunque modo alio ad nos peruenerint, illa vendere promittimus infra annum; quod si facere neglexerimus extunc anno elapso, Magistri consulum, qui pro tempore fuerint, vendent pro precio competenti, quod tamen precium nobis absque subterfugio ministrabunt. Item nulla edificia lapidea in predictis areis excedencia super terram altitudine quatuor pedum faciemus sine licentia consulum, qui pro tempore fuerint, speciali. Nullum eciam monasterium seu conuentum in ipsis areis edificabimus seu faciemus. Item cloacas seu alia edificia aqueductum obstruentia nullatenus faciemus. In testimonium premissorum presens scriptum dedimus sigillis nostris videlicet et Prioris et conuentus fratrum nostrorum domus Erford. fideliter communitum. Nos quoque frater fridericus prior et conuentus domus Erforden. predicti sigilla nostra apposuisse presentibus profiteamur. Datum Kal. Maii Anno domini M^o. CCC^o. duodecimo.

Fünf Siegel, braunes Wachs, parab., klein, das 4. mittelgroß, das 3. Siegel fehlt.

1. Siegel (Prior des Marienklosters in Erfurt, zugleich Provinzial): darstellend Maria mit dem Jesuskind, darunter ein Pelikan, der sich die Federn abrupft, stehend auf dem Rand eines Nestes mit drei Jungen. Um das Ganze die Umschrift: S POR PVICAL FRM SVO. SCE. MAR. ORD. SCI. AVG. TURIG = Sigillum prioris provincialis fratrum servorum S. Mariae ordinis S. Augustini Thuringiae.

2. Siegel (Prior von Himmelparten): darstellend einen Baum, auf dem das eben beschriebene

¹⁾ Schon abgedruckt in E. G. Förstemanns „*kleinen Schriften*“ pag. 168.

Pelikanest ebenfalls sich befindet. Zur Rechten und Linken des Stammes, der von einer Schlange umwunden ist, steht je ein Engel. Die Umschrift lautet: S PORIS FRM SERVOR SCE M I ORTO CELI = Sigillum prioris fratrum servorum S. Mariae in (h)orto celi.

3. Siegel ist abgerissen. Auf dem Pergamentbändchen, an dem das Siegel hing, steht Erford.

4. Siegel (Convent vom Himmelparten): darstellend den die Maria und das Christuskind anbetenden heiligen Nicolaus im Bischofsornat, umgeben von den Buchstaben NICOLA(U)S. Um das Ganze die Umschrift: S CVET FRM SVOU SCE. MARIE IN ORTO CELI = Sigillum conventus fratrum servorum S. Mariae in (h)orto celi.

5. Siegel (Convent des Erfurter Marienklosters): der obere Teil abgebrochen, darstellend die Steinigung des Stephanus. Darüber Maria mit dem Jesuskind, rechts und links von ihr ein knieender Engel. Um das Ganze die Umschrift: (S) CONVENTUS FRM. SVOR. SCE. MARIE = Sigillum conventus fratrum servorum S. Mariae.

XV.

Heinrich, Herr von Ossmannstedt, verpflichtet sich, den Streit, den er mit der Ossmannstedter Kirche (Patronat Himmelparten, cfr. Urkunde No. IV) hat, einem von beiden Parteien gewählten Schiedsgericht zur Entscheidung zu überlassen. 1313, 22. Febr. N. A.

Nos Henricus, dominus Castri In Azmestete, recognoscimus ac omnibus presens scriptum intuentibus cupimus fore notum, quod omnes causas, quas Dominus Berthramus, verus pastor Ecclesie in Azmestete, nobis mouebat Coram honorabili domino Domino Hertwico, Decano ecclesie S. Marie Erford., Iudice a venerabili domino Domino petro Archiepiscopo Magunt. per terram Thoringie deputato, consensimus et conpromisimus in arbitros seu conpositores amicabile, videlicet in Dominum Th. viceplebanum in pheilbech¹⁾ ac Th., dictum Hedewigis, nostrum Castellanium ex parte nostra electos, Et dominum Th., quondam prepositum in Cappilndorf, et dominum henr(icum), dictum koytis(?), plebanum in phulsburnen²⁾, pro parte predicta domini bertrami electos; qui si non concordauerint uel concordare potuerint, extunc dominum Conr(adum), plebanum in zotinstede³⁾ pro quinta persona concorditer vna cum predictis nostris arbitris elegemus ac eligimus, per presentes promittentes bona fide, vna cum nostris Castellanis, videlicet Fre(derico) de azmestete milite, ac Th. dicto Hedwigis, in solidum sub pena viginti marcarum Vriberg. argenti ipsorum arbitrio pronunciacioni siue laudo parere, stare ac intendere nec unquam verbo uel facto contravenire. Si vero, quod absit, in pronunciacione arbitrorum rebelles uel remisi inventi fuerimus, extunc Ciuitatem Wymariam⁴⁾ vna cum nostris Castellanis et consponsoribus predictis intrabimus⁵⁾, ibidem seruantes obstagium, quousque viginti Marcas vriberg. argenti Domino Bertramo, parti aduerse, ac arbitris ex utraque parte electis ratione pene plenarie persoluemus et pronunciacionem quinte persone ratam habuerimus et acceptam. Datum Anno domini M^o CCC^o XIII^o. VIII. Kal. Martii. In premissorum robur et firmitatem pleniorum presentem scripturam nostro sigillo dedimus roboratam.

¹⁾ Piffelbach zwischen Buttstedt und Apolda.
²⁾ Pfulsborn zwischen Apolda und Camburg.
³⁾ Zottelstedt, nördlich von Apolda.

⁴⁾ Weimar.

⁵⁾ Bezieht sich auf die Sitte des „Einlegens“.

⁶⁾ Zottel-

Siegel von schwarzem Wachs, dreieckig, schildförmig, mittelgroß, eine Ecke abgebrochen, darstellend einen krähenden Hahn mit folgender teilweise zerstörter Umschrift: E RESIDES. IN. AZMESSTETE. Dies Siegel ist offenbar identisch mit dem 4. Siegel der Urkunde No. XII. Demnach läßt sich die Umschrift beinahe vollständig herstellen, nämlich: S. H. E RESIDES. IN. AZMESSTETE = Sigillum H(enrici) de Lebenstete residens in Azmestete.

XVI.

Heinrich, Herr von Ossmannstedt, und sein Bruder Conrad schenken der Kirche in Ossmannstedt einen Hof daselbst mit Zubehör. 1317, 25. Octbr. N. A.

Vetustas mater obliuionis humanis actibus ignorancie sompnum induceret, nisi eos peruigil noticia literarum et testium clamoris uocibus excitaret.

Hinc est quod nos H(enricus), dominus Castri in Azmestete, vna cum fratre nostro Conr(ado) recognoscimus et presentibus literis publice protestamur, quod diuina inspirante nobis gratia temporali et transitorio celestia cupientes mercari ad pias preces et instantias fratris Th., prouincialis fratrum seruorum S. Marie, et suorum fratrum curiam, quam Theodoricus Hedewigis dictus, iure feudali a nobis tenebat et ipse Th. olim diu inhabitabat, cum angulo contra cimiterium ad orientem, eidem curie contermino et adiacente, quem inquam angulum strenuus vir Fredericus, castellanus noster, miles a nobis predicto iure possidebat, saluo tamen iure ipsius Fr(iderici) militis in ipso angulo, dedimus et presentibus damus et donamus cum omni iure et libertate, quo nos possedimus et tenuimus, pro dote et inhabitatione parochialis Ecclesie S. Petri in Azmest(ete) a sacerdotibus et personis predictae Ecclesie rectoribus, qui pro nunc sunt et in futurum succedunt, absque omni nostra et heredum nostrorum impetitione libere ac pacifice possidenda, renuntiantes omni iuri, actioni ac impetitioni, que nobis H(enrico) et C(onrado) predictis in ipsa curia et angulo competere posset aliquo modo in futurum. Vt autem hec donatio inuolabilis et inconuulsa permaneat, sigillum nostrum cum annotatione testium infra scriptorum, videlicet Bertramo, domino Heysone, Frederico milite predicto, Henrico de Ekestete, Con(rado) Theoderici dicto, Con(rado) de Swabisdorf¹⁾, Th(eoderico) Hedewigis, Thezelone suo filio, fratre Th. prouinciali predicto, fratre Christ(iano) et fratre Henrico et aliis quam pluribus presenti cedula ex certa nostra scientia est appensum. Datum Anno incarnationis domini M^o. CCC^o. XVII^o. octauo Kalend. Nouembr.

Das zugehörige Siegel ist abgerissen.

XVII.

Erzbischof Peter von Mainz gewährt den Serviten in Himmelgarten das Recht der Predigt und Beichte durch seine Diöcese und bewilligt denen, die vor dem Marienbild im Kloster beten, einen Ablass von 40 Tagen²⁾. 1318, 23. Febr. N. A.

Petrus dei gratia S. Mogunt. sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam archicancell(arius), Dilectis in Christo abbatibus, prepositis, archidiaconis, plebanis Ceterisque Monasteriorum et Ecclesiarum Rectoribus per Mogunt. dyoc. constitutis salutem in Domino.

¹⁾ Schwabsdorf, südlich von Ossmannstedt.

²⁾ Cfr. die fast gleichlautende Urkunde No. VII.

Cum fratres in Northusen seruatorum S. Marie ordinis S. Augustini nostre dyocesis, in hospitalitate caritatis studiis ac pietatis operibus hospitibus ac peregrinis liberales se exhibeant ac populo christiano ostendant viam veritatis et quomodo in Ecclesia dei oporteat conuersari opere et sermone, nec ad huiusmodi exercicia ipsis, qui de laboribus manuum suarum viuentes domino famulantur proprie, suppetant facultates, vniuersitatem vestram rogamus et quantum possumus in domino exhortamur, quatenus prefatos fratres, cum ad vos venerint pro elemosinis Christi fidelium querendis, ipsos graciose velit recipere et in cunctis, quibus vestram promocionem et auxilium requisierint, ob nostram curetis specialiter reuerentiam promouere, deum in personis eorum et gloriosam virginem, matrem eius, cum deuocione debita honorantes. Nos etenim ex deuocione, quam ad dictorum fratrum ordinem gerimus, quando pro suis necessitatibus releuandis et inopia per partes Maguntin. Ciuitatis vel dyoc. contigerit commeatum facere vel transire, deuotis ipsorum precibus inclinati ipsis concedendum duximus presentibus litteris graciose, Vt pabulo predicacionis verbi diuini hominum corda possint reficere sine preiudicio parochialium Ecclesiarum et plebanorum ac eorum confessiones audire penitenciasque salutareis eisdem iniungere, qui ipsis peccata sua deuote voluerint confiteri. Insuper omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad predicacionis ipsorum ministerium deuoti confluerint et qui in precipuis eorum sollempnitatibus locum suum visitauerint et manum porrexerint adiutricem de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum auctoritate necnon beati Martini, patroni nostri, meritis confisi, Quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer in domino relaxamus Ceterasque omnes indulgencias, a venerabilibus patribus, patriarchis, archiepiscopis et Episcopis ipsis indultas, ratas habebimus atque gratas. Datum Erford. Anno Domini Millesimo Trecentesimo (oct)auo decimo. Septimo Kalend. Marcii.

Das Siegel ist abgeriffen.

XVIII.

Einigung zwischen dem Magistrat von Nordhausen und den Serbiten von Himmelgarten, die entstandenen Streitigkeiten wegen Einweihung des dem Kloster gehörigen Places vor dem Töpferthore zu Nordhausen beiderseits bis zum Jacobstage (25. Juli) 1318 zu vertagen¹⁾. 1318, 7. Juni. N. A.

Nos frater Cristianus prior et vniuersitas fratrum domus in Orto Celi promittimus et presentibus litteris obligamus, quod quia prudentes viri domini Consules Ciuitatis Northusen super causis et tractatibus ac questionibus inter nos et ipsos habitis in pace bona et concordia stare ac manere intendunt, ita quod nobis nichil aduersitatis suscitare debent usque ad festum beati Jacobi proximo affuturum et, si quid rancoris contra nos prouocatum est, reuocare de consecratione loci nostri North. sub ista pace et amicitia non debemus neque

¹⁾ Der Streit zwischen beiden Parteien endigte erst im Jahre 1345 nach einer langen Reihe von Verhandlungen. Von hierher gehörenden Prozeffacten liegen im Nordhäuser Archiv allein 56 Schriftstücke, nämlich: 1) 15 Pergamenturkunden, 1338—1345. 2) 12 zusammengenähte Pergamenturkunden der Halberstädter geistlichen Commissare in dieser Sache bis 1340. 3) 15 dergl. bis 1343. 4) 14 Papierurkunden. Außerdem ist im Stolberger Archiv noch Material darüber, unter anderem ein Pergamentrotulus von 20 Fuß Länge. — Ein Auszug aus allen diesen Verhandlungen soll am Schluß gegeben werden. Die Hauptphasen des Streites treten in den nachfolgenden Urkunden zu Tage.

volumus aliquid attemptare. Post festum vero Jacobi sit presens scriptum irritum et inane. In cuius facti euidenciam sigillis nostris est presens littera consignata. Datum VII. Id. Junii Anno domini M^o. CCC^o. XVIII^o.

Zwei Siegel, braunes Wachs, parab., klein.

1. Siegel: gleich dem zweiten Siegel der Urkunde No. XIV.

2. Siegel: gleich dem vierten Siegel der Urkunde No. XIV, nur ist das Format etwas kleiner.

XIX.

Prior und Convent von Himmelgarten verpflichten sich, auf ihrem Grundstücke vor dem Töpferthor in Nordhausen keine Veränderung zum Schaden der Stadt vorzunehmen, und umgekehrt verspricht der Magistrat von Nordhausen den Serviten, dieselben auf ihrem Besitztum ungestört zu lassen. 1319, 7. Novbr.¹⁾

(Entnommen aus der Transsumtionsurkunde d. d. Frankfurt 1341, 10. Juni. N. A.²⁾)

Nos frater Kristanus, prouincialis per Thuringiam et Saxoniam nec non prior fratrum de orto celi, totusque Conuentus ibidem Recognoscimus per presentes, quod nos obligauimus et presentibus obligamus ad infra scripta inuiolabiliter obseruanda: Videlicet quod nil mutabimus in areis nostris sitis in opido North. ante Valuam lutifigulorum in edificiis seu constructionibus inpetrandis nec aliquid aliud faciemus, per quod posset preiudicium et grauamen supradicti opidi ciuibus conprobari. Nec non viceuersa Consules et communitas ciuitatis Northu. obligauerunt se, quod in nullo perturbabunt medio tempore nostros confratres in eisdem nostris areis commorantes, In hiis, que ad areas pertinent sepedictas, nec in aliquibus, que in eorundem nostrorum confratrum possent vergere preiudicium uel grauamen. In cuius rei certitudinem presens scriptum supradictis Consulibus et vniuersitati dedimus nostris sigillis pro testimonio fideliter et firmiter consignatum. Datum Anno domini M^o. CCC^o. XIX^o. VII. Idus Nouembres.

XX.

Der Prior von Himmelgarten bezeugt, daß Conrad von Steigerthal bei seinem Eintritt in den Servitenorden auf alle ihm sonst zustehenden Erbensprüche jeglicher Art verzichte. 1320, 19. April.

(Entnommen aus Leuckfelds „Historische Nachricht vom Kloster Himmel-Garten“ § 8 c.³⁾)

Nos frater Kristianus, Prouincialis per Thuringiam et Saxoniam (et prior⁴⁾) Ordinis fratrum de Orto Celi, recognoscimus per presentes, quod Cunradus, filius Cunradi de Steygerthal⁵⁾, quondam ciuis in Northusen, qui in nostrum Ordinem receptus est, ante ingressum religionis renuntiauit coram iudicibus et Consulibus North.

¹⁾ Die von Leuckfeld und Lesser beigebrachte Jahreszahl 1329 ist demnach falsch.

²⁾ Siehe die Urkunde No. XXV.

³⁾ Diese Leuckfeld noch vorliegende Urkunde ist jetzt nicht mehr vorhanden.

⁴⁾ et prior muß notwendigerweise ergänzt werden; cfr. Eingang von Urkunde No. XIX.

⁵⁾ Steigerthal, jüdisch von Nordhausen.

simpliciter et de plano omni portioni hereditarie, que sibi conuisione Wetigonis, fratris sui, in bonis hereditariis seu quibuscunque bonis aliis competebat, Ita quod ipse Wetigo ipsi Cunrado, suo fratri, unam Marcam Northus. argenti pensionis annue dabit de bonis suis aut alibi dabit assignandam eidem Cunrado ad tempora sue vite. In cuius rei certitudinem presens scriptum dedimus nostro sigillo fideliter consignatum. Datum Northus. Anno Domini M^o. CCC^o. XX^o. XIII. Kal. Mai.

XXI.

Der Prior von Himmelparten bezeugt, daß Hildebrand von Werningerode bei seinem Eintritt in den Servitenorden auf alle ihm sonst zustehenden Erbsprüche jeglicher Art Verzicht leistete. 1321, 5. Mai. N. A.

Nos frater Johannes, dei paciencia Prior fratrum Seruorum S. Marie domus de Orto Celi, et Lippoldus, Scolasticus Ecclesie S. Crucis in Northusen, publice Recognoscimus in hiis scriptis, Quod Hyldebrandus de Werningerode¹⁾, Johannis de Hartzungen priuignus, in confratrem seu conuentum predictae domus de orto celi susceptus, ante ingressum religionis huiusmodi simpliciter et plane coram nobis et Consulibus necnon Iudicibus Ciuitatis Northusen Renuntiauit omni hereditati, que ex successione hereditaria in in opido seu territorio Northus. predicto vel vndeunque alias sibi competere posset aliqualiter in futuro. In cuius renuntiationis testimonium Sigilla nostra ob preces Hyldebrandi predicti et amicorum eius ex certa nostra scientia huic scripto duximus appendenda. Datum et actum Anno domini M^o. CCC^o. XX^o. primo. Tercio Non. Maii.

Drei Siegel, grünes Wachs, klein, parab.

1. Siegel: Die rechte Seite abgebrochen, gleich dem zweiten Siegel der Urkunde No. XIV.

2. Siegel: darstellend einen zum Gebet knieenden Mann; vor ihm ein dreieckiger Schild, worauf ein Doppeladler (?) als Wappen sich befindet; über ihm ein Kreuz. Um das Ganze die Umschrift: S. LVPOLDI. SCOLAST. ECCE. S. . . . CIS. NORTH. = Sigillum Lupoldi scolastici ecclesie S. Crucis North.

XXII.

Erzbischof Mathias von Mainz bestätigt den Serviten im Himmelparten die denselben von seinem Vorgänger Peter im Jahre 1318 gewährten Rechte der Predigt, Beichte u. f. w.²⁾. 1322, 1. Septbr. N. A.

Math(ias) dei et apostolice sedis gratia S. Magunt. sedis electus, Dilectis in Christo Abbatibus, Prepositis, Archidiaconis, Plebanis Ceterisque Monasteriorum et Ecclesiarum Rectoribus per Mogunt. dyoc. constitutis salutem in domino.

Cum fratres in Northusen seruorum S. Marie Ordinis S. Augustini nostre dyocesis in hospitalitate caritatis, studiis ac pietatibus operibus hospitibus et peregrinis liberales se exhibeant

¹⁾ Werningerode bei Trebra, unweit Nordhausen.

²⁾ Cfr. Urkunde No. XVII.

ac populo christiano ostendant viam veritatis et quomodo in ecclesia dei oporteat conuersari opere et sermone, nec ad huiusmodi exercitia ipsis, qui de laboribus manuum sua(rum) viuentes domino famulantur proprie, suppetant facultates, Vniuersitatem vestram rogamus et quantum possumus in domino exhortamur, Quatenus prefatos fratres, cum ad vos venerint pro elemosinis Christi fidelium querendis, ipsos graciose velit recipere et in cunctis, quibus vestram promocionem et auxilium requisierint, ob nostram curetis specialiter reuerentiam promouere, deum in personis eorum et gloriosam virginem, matrem eius, cum deuocione debita honorantes. Nos etenim ex deuocione, quam ad dictorum fratrum ordinem gerimus, quando pro suis necessitatibus releuandis et inopia per partes Mogunt. ciuitatis vel dyoc. contigerit commeatum facere vel transire, deuotis ipsorum precibus inclinati ipsis concedendum duximus presentibus litteris graciose, vt pabulo predicacionis verbi diuini hominum corda possint reficere sine preiudicio parochialium ecclesiarum et plebanorum ac eorum confessiones audire penitenciasque salutareis eisdem iniungere, qui ipsis peccata sua voluerint confiteri. Insuper omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad predicacionis ipsorum ministerium deuoti confluerint et qui in precipuis eorum sollempnitatibus locum suum visitauerint et manum porrexerint ad iutricem¹⁾, Quadraginta dierum indulgentias rite datas et confessas per Reuerendum in Christo patrem, dominum Petrum Recolende memorie, predecessorem nostrum, prout in suis litteris desuper confectis²⁾ continetur, misericorditer tolleramus Ceterasque omnes indulgentias, a venerabilibus patribus, Patriarchis, Archiepiscopis et Episcopis indultas, ratas et gratas habentes, prout prouide et iuste facte sunt et concesse, presentibus in nomine domini confirmamus. Datum Erford. in die b. Egidii. Anno domini M^o. CCC^o. vicesimo secundo.

Braunes Wachs-Siegel, parab., groß, an einer Schnur von roter und gelber Seide hängend, zerbrochen, darstellend den stehenden S. Martin in erzbischöflichem Ornat, den Krummstab in der Linken; zu beiden Seiten des Heiligen die Buchstaben MAR — TIN. Um das Ganze die Umschrift: S. MATHY. DEI: ET. APOSTOLICE. SED. GRA. SCE. MOGUNT. S(E)D. ELECTI. = Sigillum Mathiae dei et apostolicae sedis gratia S. Mogunt. sedis electi. (Vergleiche den Eingang der Urkunde.)

XXIII.

Kaiser Ludwig der Baiern befiehlt dem Rat zu Nordhausen, die Serviten vom Kloster Himmelgarten nicht länger zu hindern, daß sie auf ihrer Hofstätte in Nordhausen, Gebäude (Häuser, Kirche, Kloster) aufführen, um daselbst Gottesdienst zu halten.
1337, 10. März. N. A.

(Entnommen aus der Transsumtionsurkunde d. d. Nordhausen den 22. Febr. 1338, ausgestellt von Hermann, Prior des Petersklosters in Erfurt.)

Nos Hermannus, dei gratia Abbas monasterii S. Petri Erfordensis, ordinis S. Benedicti Moguntin. diocesis recognoscimus litteras serenissimi domini Ludowici imperatoris subscriptas sigillatas vidisse, recepisse, legisse et examinasse non cancellatas, non rasas, non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas recepisse tenoris et continentie in hec verba:

Ludowicus dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus Prudentibus viris, Magistro Ciuium, Consulibus Totique vniuersitati Ciuitatis Northusen., fidelibus suis

¹⁾ Bis hierher fast wörtlich übereinstimmend mit der Urkunde No. XVII. ²⁾ Die sub ¹⁾ citierte Urkunde ist gemeint.

dilectis, gratiam suam et omne bonum. Sua Religiosi viri fratres Serui ordinis beate Marie virginis querimonia ad nostre celsitudinis audientiam deduxerunt, Quod uos eos occasione cuiusdam arbitrii temere impeditis, ne in area sua, quam infra muros Oppidi nostri in Northusen habere noscuntur, Monasterium pro diuini cultus exercicio, domos et alia Edificia pro se et Conuentu suo necessaria erigant et instaurent. Quare fidelitatis vestre constantiam monemus et serius exhortamur volentes nichilominus et mandantes gratie nostre sub obtentu, Quatenus ab omni huiusmodi prefatorum fratrum impedimento in antea desistatis penitus et cessetis, Promittentes, eos in dicta sua Area Domos, Ecclesiam seu Monasterium ac quevis alia Edificia pro suo conuentu necessaria erigere et in hiis secundum Regule sue instituta legere, predicare et cantare iuxta gratias et libertates ipsis ac eorum ordini a sede Apostolica traditas et indultas. Datum Monaci feria secunda proxima post dominicam Invocauit, Regni nostri Anno vicesimo tercio, Imperii vero decimo.

Et nos Abbas predictus recognoscimus nos sigillum nostrum in testimonium visionis, lectionis et examinacionis litterarum predictarum appendisse (su)per eo. Datum Anno domini M^o CCC^o XXXVIII^o octauo kalendas Marci¹).

Ein Siegel, grünes Wachs, mittelgroß, parab., sehr beschädigt, darstellend einen Geistlichen, der im Ornat dasigt und den Hirtenstab in der Rechten hält. Umschrift: zerstört bis auf die Buchstaben SCI PETRI PA..LI.

XXIV.

Der Erzbischof Heinrich von Mainz spricht Nordhausen von der Excommunication los, welche die Stadt sich im Streite mit dem Kloster Himmelgarten zugezogen. 1338, 22. April. N. A.

Heinricus dei gratia S. Magunt. Sedis Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Dilecto in Christo decano Ecclesie S. Crucis Northusen. salutem in domino.

Significauerunt nobis Magister Consulium et Consules opidi Northusen., quod nuper primo cum intellexissent, duas areas ad procuracionem prioris et conuentus fratrum seruorum S. Marie de Orto celi prope Northusin consecratas, factum ipsum recipientes pro ingrato et amare, fecerunt proponi edictum per vicos dicti opidi, quod nullus dictis fratribus deberet communicare nec ipsos colligere quouis modo. Ex quo se metuunt incurrisse excommunicationis sententias eo ipso informari; eciam, quod in hoc non caute egissent, mox quod fecerant reuocauerunt et fecerunt, quod seruari non deberet huiusmodi edictum, in ambobus Ecclesiarum ipsius opidi publice proclamari. Supplices nobis, ut cum ipsis super dicto facto agere misericorditer dignaremur, eos a sententiis huiusmodi excommunicationis, quas inciderunt, absoluendo, Eorum itaque supplicationibus annuentes, eos a sententiis huiusmodi excommunicationis absoluimus in hiis scriptis, Mandantes tibi, quatenus ipsos absolutos publice nuncies quando, quotiens et vbi fuerit oportunum. Datum Elteuil X. kalend. Maii. Anno domini M^o. CCC^o. XXXVIII^o.

Grünes Wachs-Siegel, klein, rund, sehr verlegt, darstellend das Brustbild eines Erzbischofs, die Rechte zum Segen erhoben, in der Linken den Krummstab. Um den Hals trägt er an einem Band wie ein Medaillon das alte Mainzer Erzbischofs-Wappen, das Rad auf dreieckigem Schild. Die Umschrift ist fast ganz abgebrochen; nur noch erkennbar: S. SE NRICI ... EPI.

¹) Das Transjunt ist sehr nachlässig geschrieben.

XXV.

**Erzbischof Heinrich von Mainz bestätigt die Weiberse der Serpiten d. a. 1311 u. 1319
(Urkunde No. XIV und XIX). 1341, 10. Juni¹⁾. N. A.**

Henricus dei gratia S. Mogunt. Sedis archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam archicancellarius, Universis, ad quos presentes littere peruenerint, salutem in domino sempiternam.

Ex parte Magistrorum consulum, Consulum ac vniuersitatis Opidi Northusn. nobis in Christo dilectorum nobis extitit humiliter supplicatum: Quod cum dicti Magistri consulum, Consules et vniuersitas suo et dicte vniuersitatis nomine ibidem ex vna, et Religiosi viri, Theodricus prior, prouincialis fratrum seruorum S. Marie ordinis S. Augustini per Thuring. et Prior domus de orto Celi eiusdem ordinis, totusque conuentus ibidem suo et dicti Conuentus nomine parte ex altera super quadam materia questionis de certis articulis obseruandis fuerunt libere et voluntarie sub certa forma seu tenore, prout statim subscribitur, concordati. Quatenus dictam compositionem et obligationem subsequentem inter eos sic initam et promissam auctoritate nostra ordinaria approbare et confirmare et nostrum consensum desuper impartiri dignemur. Tenor autem compositionis et obligationis de verbo ad verbum sequitur in hec verba: [Oblivioni locus subtrahitur u. s. w. wörtlich wie Urkunde No. XIV bis zu Ende: duodecimo. Daran schließt sich der Wortlaut der Urkunde No. XIX bis zu Ende: Idus Nouembris]. Nos igitur dictam ordinationem, compositionem et obligationem approbandam et confirmandam duximus et jam in dei nomine presentibus confirmamus dictosque Magistros consulum, Consules et vniuersitatem, ut eadem ordinatio, compositio et obligatio obseruetur et effectiue mancipetur, volumus et efficaciter intendimus promouere. Et nolimus, quod in areis consecratis in Northusin sine nostra licentia atque scitu prior et conuentus fratrum domus de orto celi predicti vel aliqui de ordine ipsorum fratrum per se vel per alios etiam clericos seculares unquam conuentum habeant vel missas cantent aut celebrent cum nota vel campanas habeant, sed si voluerint, poterint dicere de die tantummodo vnam missam per se tantum et sine pulsu campane. Et si contrarium fecerint, Extunc dictum priorem et singulares personas de conuentu decreuimus per Harthungum de Northouen²⁾, Canonicum Ecclesie S. Marie Erford., nostrum in hac causa commissarium specialem, nostra vice et auctoritate ordinaria etiam ex officio compescendos ecclesiasticam per censuram. Insuper si dicto negotio inter dictas partes aliqua questio jam est vel in futurum fuerit suborta, dictam questionem seu litem cum eius emergentibus et connexis eidem Harthungo de Northouen, Canonico ecclesie S. Marie predictae, volumus et intendimus irreuocabiliter committere decidendam. Et si dictum Harthungum pendente huiusmodi causa decedere, quod absit, contingat vel alias impediri, quod in huiusmodi causa procedere non posset, tunc alium Iudicem discretum dictis Magistris consulum, consulibus et vniuersitati non suspectum, sed mediante iustitia gratiosum in dicta causa volumus deputare et in ipsius Harthungi locum subrogare. Ceterum sepedictos Magistros consulum et vniuersitatem in aliis suis negotiis volumus fideliter adiuuare et pro suo iure efficaciter promouere. Volumus etiam, vt nullus nostrorum aduocatorum seu subditorum, cuiuscunque conditionis fuerint, dicte ciuitatis Ciuibus con-

¹⁾ Am 11. Januar 1340 überträgt Paps Benedict XII. von Avignon aus einem Propste zu Halberstadt, einem Dechanten zu Bernigerode und einem Canonicus zu Halberstadt die Untersuchung in Sachen der Stadt Nordhausen gegen das Kloster Himmelgarten. — Die Urkunde (Nordhäuser Archiv F. 170), bei Leudfeld p. 122 g abgedruckt, wird hier als unwesentlich übergangen. ²⁾ Nordhofen, ein Vorwerk in der Nähe der Messe, nordwestlich von Gotha.

coniunctim aut diuisim molestationes vel perturbationes quascunque faciant vel per interpositam personam inferri admittant nec ipsorum inimicos in nostris munitionibus vel aliis locis quibuscunque in nostro districtu foueant vel recipiant, ipsos Cives Northu., vbiunque locorum poterunt, manu teneant et compromouebunt. Datum Frankenford IV. Idus Junii Anno Domini MCCCXL^o. primo.

Weißes Wachs-Siegel, parab., groß, darstellend einen thronenden Erzbischof, die Rechte zum Segen erhoben, in der Linken den Krummstab, mit folgender Umschrift: S. HENRICI. DEL. GR̄A. SC̄E. MAGUNT. SED'. ARCHIEPI. SAC. IMPIL. P. GERMANIA. ARCHICANCELL. = Sigillum Henrici dei gratia S. Magunt. sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius (gleichlaufend mit dem Eingang der Urkunde).

XXVI.

Der Scholaster Hartung von Northoven befehlt als vom Erzbischof von Mainz bestellter Richter die Abtragung der Kirche und des Altars der Serviten in Nordhausen. 1345, 11. März. N. A.

IN Nomine domini Amen. Hartungus de Northouen, Scolasticus Ecclesie S. Marie Erfordensis, Iudex vnicus in causa, quam Prudentes viri Magistri Consulum, Consules ac vniuersitas Opidi Northusin contra Religiosos viros Priorem et Conuentum fratrum domus de Orto celi prope Northusin prosequantur et persecuti sunt hactenus in Iudicio coram nobis, a Reuerendo in Christo patre ac domino domino Henrico Archiepiscopo Magunt. deputatus, Vniuersis Christi fidelibus, ad quos presentes peruenerint, Salutem in filio Marie virginis gloriose. Noueritis quod cum Theod. de Mewarsburg¹⁾, procurator siue Syndicus magistrorum Consulum et Consulum ac vniuersitatis Opidi Northusin predicti, Priorem et Conuentum ordinis seruorum S. Marie domus predictae de Orto celi coram nobis traxissent in causam, libellum sibi obtulit in hec verba coram nobis, honorabili viro domino Hartungo de Northouen et cetera, prout in libello desuper confecto plenius continetur. Prepositis quibusdam exceptionibus ex parte dictorum Reorum declinatoriis contra eundem libellum, Replicationibus eciam ex parte dictorum actorum subsecutis, quibus exceptionibus per nostram interlocutoriam repulsis et iis expensarum taxationis et declarationis earum nobis in posterum reseruando, Lite super Libello huiusmodi legitime contestata, posito et responso ac commissa per nos examinacione testium per ipsos actores producendorum discreto viro plebano in Jecha de consensu partium hinc et inde, quibus per eundem plebanum receptis, coniuratis et prudenter examinatis nobisque sub sigillo suo interclusis, remissis et sollempniter per nos in iudicio publicatis, productis eciam quibusdam instrumentis ex parte dictorum actorum coram nobis pro sua intentione fundanda, et propositis quibusdam exceptionibus contra testes et instrumenta predicta pro parte Reorum, Replicationibus ad easdem subsecutis, demum concluso per nos cum dictis partibus in negotio memorato statutoque per nos certo termino ad diffinitiuam Sentenciam audiendam partibus antedictis, quo de die in diem vsque in feriam sextam post Dominicam Letare et in horam tertiam eiusdem diei et iterum ab eadem hora termino prorogato vsque in horam Completorii ipsius diei, partibus presentibus protunc et Sentenciam diffinitiuam sibi ferri per

¹⁾ Möbischurg bei Erfurt.

nos postulantur. Nos visis et auditis actis cause predictae, probationibus et Instrumentis et omnibus aliis articulis, que partes hinc inde proponere et deducere voluerunt, et prudentum communicato consilio ac penes nos deliberatione prehabita diligenti, ex hiis, que cognouimus, vidimus et audiimus, sententialiter et diffinitive pronuntiamus in hiis scriptis, ipsos intentionem suam legitime probauisse ipsosque Reos contra promissum suum et ordinationem, quam cum dictis actoribus habuerunt, temere venisse, in eo quod duas areas suas in Opido predicto prope valvam Lutifigulorum consecrari fecerunt vna cum Ecclesia seu Monasterio cum altari ibidem. Unde et cum pacta sint seruanda similiter sententiando pronuntiamus in hiis scriptis: Ecclesiam, monasterium et altare predicta fore per dictos monachos diruenda, demollienda et penitus destruenda presentesque Reos per nos fore ad hec facienda per censuram ecclesiasticam compellendos. Contempnamus eiam dictos Reos in expensis per dictos actores in tota prefata lite factis, quarum tamen taxationem et declarationem nobis in posterum reseruamus. Lata est hec Sententia Anno domini M^o. CCC^o. XLV^o. die et hora prenotatis, presentibus Honorabilibus viris et Discretis dominis, Decano Ecclesie S. Marie Erforden., Hermanno de Jechaburg¹⁾; Magistro Jacobo de Nuemburg²⁾, Magistro Bertoldo de Houwetal³⁾, Canonicis eiusdem Ecclesie S. Marie; Magistro Ber(tramo) de Gotha, plebano in Ebbra⁴⁾; Alberto de Kula⁵⁾, Sacerdote de Northusin; Ber(tramo) de Dorla⁶⁾, publico notario; Brunone dicto Kale de Northusin, clerico et quam pluribus aliis fide dignis.

Ein Siegel, braunes Wachs, klein, parab., sehr beschädigt, darstellend Maria (?), gefeget von einem Mann in geistlichem Ornat. Beide sitzend, zwischen ihnen ein sechseckiger Stern. Unter ihnen ein dreieckiger kleiner Schild mit drei horizontalen Querbalken. Um das Ganze die Umschrift: S. HART.... I SCOLA..... ECCE. SCC..... ERFORDESI = Sigillum Hartungi scolastici ecclesie S. Marie Erfordensis.

XXVII.

Vergleich des Klosters mit der Stadt Nordhausen und endliche Beilegung des Streites.

Notariatsinstrument. 1345, 15. April. N. A.

In nomine domini amen. Per hoc presens publicum Instrumentum pateat vniuersis, Quod anno a Natiuitate domini Millesimo Trecentesimo Quadragesimo quinto Indictione Tertia decima, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris ac domini Domini Clementis diuina prouidentia Pape Sexti anno tertio, Mensis Aprilis quinta decima die, Hora eiusdem diei post celebrationem summe misse In Pretorio Opidi Northusen., vbi Consules solent presidere, In presentia honorabilis viri Magistri Heinrici de Halberstat, Officialis prepositure Ecclesie Jecheburgen., et mei, Notarii publici subscripti, ac testium infra scriptorum Constituti viri prudentes Hermannus de schernberg⁷⁾ et Heinricus de berge⁸⁾, Magistri Consulum, Ceterique Consules Opidi Northusen. Moguntie dyocesis suo et vniuersitatis eiusdem opidi nomine ex vna, Nec non Religiosi viri, frater Theodericus de Aschterode⁹⁾, prior domus in Orto celi, situm prope dictum opidum Northusen, Ac frater Arnoldus de Stalberg¹⁰⁾, prior

¹⁾ Jechaburg bei Sondershausen. ²⁾ Vielleicht Numburg bei Auleben i. d. Aue, ein Hof des Klosters Walkenried, oder Beyer-Naumburg bei Sangerhausen. ³⁾ Ein wüstes Dorf, wahrscheinlich in der Nähe von Mülhhausen i. Th. ⁴⁾ Hohen- und Thalebra, südlich von Sondershausen. ⁵⁾ Groß- und Kleinkula a. d. Hainseite. ⁶⁾ Ober- und Niederdorla in der sogenannten Voigtei bei Mülhhausen i. Th. ⁷⁾ Schernberg bei Sondershausen. ⁸⁾ Berga bei Kelsbra in der goldnen Aue. ⁹⁾ Auch Osterrade. Vergl. den Eingang der nächsten Urkunde, jetzt Osterrade am Westrand des Harzes. ¹⁰⁾ Stalberg i. S.

Domus in Erfordia, Ordinis seruorum S. Marie dicte dyocesis, habentes ad hoc plenum et sufficiens mandatum, de quo michi, Notario subscripto facta fuit plena fides, suo et Conuentus dicte Domus de Orto celi nomine parte ex altera publice recognouerunt, se concordasse in hunc modum in compositione facta de litibus et controuersiis, questionibus incidentibus et emergentibus, olim exortis et emersis inter eosdem Magistros Consulium, Consules et vniuersitatem opidi Northusen. predictos ac priorem et Conuentum dicte Domus de orto celi Pro eo, quod iidem Religiosi duas areas, sitas in dicto opido prope valuam lutifigulorum, consecrari fecerunt Monasterium seu Conuentum ibidem cum altari constituendo et faciendo, In quo Magistri Consulium, Consules ac vniuersitas Opidi predicti asserebant, sibi illatam iniuriam. Cum quod premissa non fierent, dicti Religiosi se suis literis sigillatis et prelatorum suorum sigillis astrinxissent, noui operis nuntiatione interueniente: Primo quod dicti Religiosi literas litium omnium omnes et singulas infra mensem dabunt et pronuntiantur Consulibus supradictis, debent quod demoliri ac destruere monasterium siue basilicam et altare infra hinc et diem beati Jacobi apostoli proxime affuturam, prout est sententialiter pronuntiatum contra eos per Scolasticum Ecclesie S. Marie Erforden., Iudicem a domino archiepiscopo Mogunt. deputatum. Item obligauerunt se iidem Religiosi et obligant se per presentes, quod de cetero in dictis areis et loco non facient conuentum nec Monasterium nec Ecclesiam nec altare. Et si aliqua edificia inibi facere voluerint, prius notificabunt hoc consulibus dicti opidi, qui duos a consulibus inibi mittent ad perspicendum et precauendum, ne contra huiusmodi obligationem in preiudicium Ciuitatis aliquid fiat vel disponatur. Et si contra hoc aliquid fiet, quod absit, Extunc iidem Religiosi expensas litis tocuis estimatas ad ducentas marcas puri argenti et ultra ducentas marcas centum marcas nomine pene, quod recipit in svmma Trecentas marcas puri argenti, a me Notario subscripto nomine Consulium predictorum stipulatas soluent et soluere promiserunt Consulibus supradictis. Et si contravenirent, Officialis Jecheburgen. existens pro tempore posset et deberet eo ipso contra eos procedere per excommunicationis sententiam et ecclesiasticam per censuram. Omnia et singula premissa iidem Religiosi coram prouisore allodii Erforden. recognoscere debent et dare literam ipsis Consulibus super omnibus et singulis premissis sigillatam sigillis suis et prioris et Conuentus domus in Erfordia dicti Ordinis et prouincialis eorundem ac prouisoris allodii Erfordens. predicti. Remiserunt etiam intuitu premissorum Consules predicti expensas, in quibus dicti Religiosi ipsis per decanum dominum Scolasticum S. Marie Erfordens. fuerant condempnati, Remissis quod omnibus rancoribus per partes hinc inde partes predictae se in antea mutuo amore et fauore prosequi debent et pertractare sincere omni dolo et fraude penitus releuatis. Super quibus omnibus et singulis dicti Magistri Consulium et Consules suo et vniuersitatis sue nomine cum diligentia requisierunt me Notarium subscriptum, vt publicum eis conficerem Instrumentum. Acta sunt hec anno, Indictione, pontificatu, Mense, Die, hora et loco preexpressis presentibus viris discretis et honestis Heinrico dicto laran¹⁾, Notario dicti opidi Northusen, clerico fridanco de elrich²⁾, Gotschalko de urbeche³⁾, Thilone de tettenborn⁴⁾, Bertoldo de bezingen⁵⁾, Heinrico de schirse⁶⁾, Thizelone de Stalberg, Brunone Gotschalci roten, hugone de badere⁷⁾ et Hermanno de bachere⁸⁾, Opidanis in Northus. pro testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. —

Siegel, mit Tinte aufgezeichnet, links unter obiger Urkunde, darstellend ein S in einem sechs-eckigen Stern mit der Umschrift: SIMON. Daneben rechts:

¹⁾ Lohra a. d. Hainseite. ²⁾ Elrich, nordwestlich von Nordhausen. ³⁾ Urbach bei Nordhausen. ⁴⁾ Tettenborn bei Sachsa, Kreis Nordhausen. ⁵⁾ Bessingen, bei Sondershausen. ⁶⁾ Vorwerk Scherfen bei Sondershausen. ⁷⁾ Badra bei Sondershausen. ⁸⁾ Bachra bei Cölleda.

Et Ego Simon de methis, Mogunt. dyocesis publicus Imperiali auctoritate Notarius, qui recognitioni, obligationi, permissioni, Remissioni ac omnibus aliis premissis vna cum prenotatis testibus presens interfui atque ea sic fieri vidi, audiui et ideo in hanc publicum formam redegi, quam manu propria conscripsi et meo signo solito et consueto signavi, requisitus specialiter et rogatus. In ampliorem eciam certitudinem omnium premissorum sigillum honorabilis viri Magistri Heinrichi de Halberstat, Officialis predicti presentibus est appensum.

Siegel: Rotes Wachs, klein, parab., darstellend einen Heiligen mit dem Crucifix in der Rechten. In der Linken trägt er einen Stab (Palme?) an die Schulter gelehnt. Umschrift nicht mehr erkennbar.

XXVIII.

Revers des Klosters über den vorstehenden Vergleich vom 15. April 1345. 1345, 24. April, N. A.

Nos Theodericus de Osterrade prior, Lutolfus de Salzca¹⁾ cellarius, Johannes de Aschterade, Theodericus de Erich²⁾, Fredericus de Elrich, Johannes hotter³⁾, Bertoldus de heringen⁴⁾ dictus czan, Thilemannus de Schirnberg, Rudolphus phal, Henricus de aschterade et Nicolaus de kollede⁵⁾, fratres et monachi Ordinis seruorum S. Marie monasterii dicti de Orto celi, siti in campis extra muros opidi Northn., facientes ibidem conuentum nostro et dicti monasterii nomine, Recognoscimus in hiis scriptis, Quod pretextu et occasione compositionis habite inter nos et prudentes viros, Hermannum de Schernberg et Henricum de berge, Magistros Consulium, Consules et vniuersitatem, dicti opidi Northn. de litibus, causis omnibus et controuersiis inter nos et dicti monasterii nomine ex vna, et magistros Consulium et consules ac ipsam vniuersitatem predictos suo et dicti opidi Northn. nomine parte ex altera exortis et aliquamdiu coram diuersis Iudicibus Erfordie, coram Scolastico Ecclesie S. Marie ibidem, a domino magunt. archiepiscopo ad vltimum delegato, et in Halberstat coram delegatis a sede apostolica, vergentibus et ventilatis super eo, quod in areis seu curiis nostris, sitis in opido predicto ante valuum lutifigulorum, monasterium, Ecclesiam seu basilicam cum altari consecrari fecimus et procurauimus contra obligationem, quam fecimus ipsis Consulibus, et Noui operis nuntiationem de non edificando monasterio, Ecclesia seu basilica aut procuratione consecrationis, vt iidem consules asserebant, ad omnia infra scripta membra et singula et subscriptos articulos omnes et singulos fideliter sine fraude et dolo sincere obseruandos nos, monasterium et conuentum nostrum predictum, ex certa scientia et non per errorem voluntarie obligauimus, prout in Instrumento publico per Simonem de metis, publicum notarium, confecto, sigillato per Offic(ialem) prepositure Ecclesie Jech(eburgensis) inuenitur, et presentibus obligamus: In primis quod monasterium ecclesiam seu basilicam et altare huiusmodi infra hinc et diem beati Jacobi apostoli proxime affuturam, prout est contra nos per prefatum dominum Scolasticum Ecclesie S. Marie Erforden. diffinitive sententiatum, destruere tenemur et volumus et penitus demoliri, et quod de cetero in dictis areis et loco non faciemus conuentum nec monasterium nec Ecclesiam nec altare nec aliquid talium consecrari, et si aliqua edificia in dicto loco facere decreuimus, prius notificare dictis consulibus debemus mittendis duobus de consilio per eosdem ad prospiciendum et procuendum, ne contra huiusmodi nostram obligationem in prouidicium dicte Ciuitatis quidquid fiat vel aliquid disponatur, Reuocantes eciam exnunc pro-

¹⁾ Salzca, dicht bei Nordhausen.

²⁾ Großen- und Wenigenehrich in der Unterherrschaft Schwarzburg-Sondershausen.

³⁾ Denselben Namen trägt der letzte Prior des Klosters.

⁴⁾ Heringen, südöstlich von Nordhausen.

⁵⁾ Kolleda, Kreis Eckartsberga.

curatorium seu procuratorem per nos datum, Heinrico de Wymaria, monacho ordinis nostri domus prope muros Erforden., et substitutorem procuratorum seu procuratoris, si quos fecit ad quoscunque actus exercendos vel ad qualescunque litteras vel a quocunque impetrandas. Et hec omnia et singularia promisimus et promittimus per presentes sub pena Trecentarum marcarum puri argenti soluendarum per nos dictis consulibus, si verbo, opere vel facto publice vel occulte per nos vel alios quoscunque fecerimus contra premissa vel aliquid premissorum, computatis et estimatis expensis in dictis litibus factis ad ducentas marcas puri argenti, quas in nos nomine pene et ultra centum marcas similiter nomine pene recipimus soluendas ipsis consulibus, si factum fuerit contra premissa vel aliquid premissorum, ut est dictum. Ad hoc nos insuper et nostrum conuentum voluntarie iurisdictioni prepositi Ecclesie Jech(eburgensis) seu eius Officialis pro tempore existentium subicimus, qui non obstante petitione pene predicte seu solutione, si contra premissa fecerimus seu eorum aliquid contra nos et singulares personas de conuentu per suspensionem et excommunicationis sententias procedere poterunt omni figura iudicii et Iudiciario strepitu quiescente ac alias ecclesiasticam per censuram. Renuntiamus etiam omnibus litteris in dicta lite habitis, quas ipsis consulibus, prout eas habuimus, assignauimus destruendas, vel cum eis facient, prout ipsis videtur expedire. Et si alique littere ad nos in posterum peruenerint, illas similiter eisdem consulibus, cum primum poterimus, tenebimur assignare et litteris impetrandis in futurum contra premissa vel quodlibet premissorum. In quorum omnium et singulorum testimonium dictis consulibus dedimus hanc litteram Sigillis nostris, Sigillis prioris et conuentus domus in Erfordia dicti ordinis nostri necnon prouincialis nostri ac honorabilis viri domini Scolastici ecclesie S. Marie Erforden. atque prouisoris allodii ibidem fideliter communitam. Et nos prior necnon totus conuentus fratrum seruorum S. Marie domus in Erfordia Necnon Prouincialis dicti ordinis ac Hartungus scolasticus dicte ecclesie S. Marie ac prouisor ibidem recognoscimus in hiis scriptis, quod in nostra constitutus prouincia prior domus de Orto celi prope Northn. predictus suo et conuentus sui nomine recognouit, se et suum conuentum omnia et singula dictis consulibus, prout prenarrata sunt, promississe fideliter obseruanda, et ad preces suas et dicti conuentus de orto celi nostra sigilla ad hanc litteram apposuisse in testimonium promissorum. Testes huius rei sunt: Magister Henricus de Halberstat, pro nunc Officialis Ecclesie Jech(eburgensis); Henricus de Mewersburg, plebanus in Byla; Henricus dictus laran, plebanus in Nore¹⁾; fridancus de elrich, Gotschalculus de urbeche, Thilo tettenborn, bertoldus de bezingen, Th(izelo) stalberg, Henricus de schirse, Bruno gotschalci dicti roten²⁾, Hugo de Badere et Herm(annus) de bachere, Opidani Northn. et quam plures alii fide digni. Datum Anno domini Millesimo. CCC^o. XL^o. quinto. In die beati Georii martiris gloriosi.

Sechs Siegel, grünes Wachs, parab., klein, nur das 1., 3. und 4. unbeschädigt.

1. Siegel = dem 1. Siegel der Urkunde No. XIV. 2. Siegel = dem 2. Siegel derselben Urkunde. 3. Siegel = dem 4. Siegel derselben Urkunde. 4. Siegel: darstellend Maria mit dem Jesuskind auf dem Schoß. Umschrift: . . . PORIS . . . SVM SCE MARI . . . RFORD = Sigillum prioris fratrum seruorum S. Mariae Erfordensis. 5. Siegel = dem 5. Siegel der Urkunde No. XIV. 6. Siegel = dem Siegel der Urkunde No. XXVI.

¹⁾ Nohra, südwestlich von Nordhausen.

²⁾ Ein Nordhäuser Patriziergeschlecht.

